i QVE solet. Maximũ argumẽtũ. Nam non solũ erit libidinosus amor tuus. sed etiã talis libido qualis erit iu equa. Virg. li. iii. g. ait scilicet añ oẽs furor est insignis equorũ Et mentẽ venus ipsa dedit. Postea inquit illas ducit amor trãs gargara. transq; sonantẽ Ascaniũ. superant montes & flumina tranant. Plinius li. viii. scribit q equarũ libido extinguitur iuba tonsa.

k VLCEROSVM. Ac si dixisset flagrantissimũ. nam vlcera in eo ex calore nascuntur. vel vt trito prouerbio dicunt ostendit ex amore iecor iam marcescere.

l LETA quod. p allegoriã hoc signat iuniores mulierculas iuuenculas. querere pullum autem myrtum subcrescentem ac per hoc nouellum intelligendum.

m ARIDAS frõdes: cõueniẽs superiori allegorię pro vetulis mulieribus posuit.

Seuiet circa iecur vlcerosum
Non sine questu
Leta quod pubes hedera virenti
Gaudeat pulla magis atq; myrto:
Aridas frondes hiemys sodali
Dedicet hebro.

Argumentum odes. XXVI.

Ostendit amicum musis hoc est doctum virum & perfectum vacare tristitia solitudine & metu. Hinc ipse ventis permittit auferre a se talia: quo vacet leticię & voluptati. Itaq; musam orat lamię suo flores nectat & coronam. sui namq; honores absq; ea nil prosunt. Hoc dicit.



Ode. XXVI. Ad musas de aelio lamio

a MVSIS amicus. Ordo est ego musis tradam proteruis vẽtis portare in mare creticum tristiciam et metus. securus quis rex gelidę orę sub arcto metuatur.

b IN mare creticũ. Quod creta isula termiat ab occasu mari adriatico. a Septentrione pelago cretensi a meridie punico. Ab oriente carpathio. Auctor est ptolome⁹ li. iii.

c SVB arcto. i. sub vrsa. id enim grece significat arctos: est enim illa in celo imago que arcturus & vrsa appellatur.

Mvsis amicus tristitiam & metus
Tradam proteruis i mare cretică
Portare ventis: quis sub arcto
Rex gelide metuatur ore:
Quid tyridaten terreat vnice
Securus. o que fontibus integris
Gaudes apricas necte flores
Necte meo lamię coronam

d TyRIDATEM. armenię regem aut persię.

e NECTE. m. l. c. i. pone coronã quã nectendo flores feceris. fingũt enim poetę poetas a musis corona donari aut alio⁹ munere. Sic Virgilius hec illi diuino carmine pastor floribus at apio crines ornatus amaro. Dixerit hos tibi dant calamas en accipe musę.

f PIPLEA. Scribit enim Festus quod pipleides musę a pipleo fonte macedonię dictę sunt. propter liquoris eius vnicam subtilitatem.

g NIL sine te. Sententia platonica. Ille enim de furorib⁹ diuinis loquens: censet inanem euasurū poetam & sua poesim qui sine musarum instinctu poetas ad fores accedit. quoniam furor poeticus a mu-

musa quia nil suauius musis

Piplea dulcis. nil sine te mei

.i. laudes

Prosunt honores hunc fidibus nouis

.i. lyrico carmine

Hunc lesbio sacrare plectro

o piplea hoc est alias musas

Teq; tuasq; decet sorores.

sis sit. ergo quicquid honoris tentaret inferre lamię poeta sine musarum fauore oē illud euanesceret.

h HVNC lesbio. Ordo est decet te tuasq; sorores hunc sacrare nouis fidibus.

i SACRARE. quia poetę musarū sacerdotes sunt. Vir. Me vero primū dulces ante omnia musę. Quarū sacra fero ingēti pculsus amore

Argumentum. XXVII. odes

Odales hortat̄ ne vino rixent̄: vt thraces agunt: verū benigne & hilare cōuiuia celebrent. Ōndit postea poeta meretricio amore illigatum maxime laborare vixq; dissolui posse re vlla. Hoc dicit



Ode. XXVII. Ad sodales de vini modestia

a NATIS. Huius ode sensus sūptus est ab Anacreonte in li. iii. Ordo est pugnare sciphis natis in vsū leticie est thracum.

c TNRACVM. Thraces enī nimio vino truces fiunt de iis etiam Ode xviii. lacius dictum est.

d LVCERNIS. quibus in cōuiuiis vtebantur. Vir. li. i. de didonis conuiuio. dependent lichni laquearibus aureis incensi. & noctem flammis funalia vincunt.

e ACyNACIS. Hoc vocabulū persicum est. & gladium apud illos significat.

f IMMANE quātum. Admirādo dicit. i. valde discrepat. hoc est non cōuenit. nec est aptus leticię vini barbarus animus.

Natis in vsum leticię scyphis

hoīm efferatorū seuum

Pugnare thracū est tollite barbarū

remouete

consuetudinē q̄ verecunde tendum est

Morem; verecundumq; bachum

sanguineis puocantibus

Sanguineis prohibete rixis

a cōuiuio q̄ in cōuiuio ponebantur

Vino & lucernis medijs acynacis

crudeliter differt

Immane quantum discrepat. impium

mitigate

Lenite clamorem sodales

ne insurgite de

Et cubito remanete presso.

o socij vetusti

Vultis seueri me quoq; sumere

vini s. nobis

sic dicta a loco

Partem falerni. dicat opuntię

g PRESSO .i. demisso in mensa. non eleuato ad pugnam.

h VVLTIS. Vel interrogantis est. vel subintelligenda si. vt sit sensus si vultis me quoq; sumere partem seueri falerni.

☞ i DICAT opuntię. Ex suis verbis ostendit cōuiuiū oportere esse hilare. & festiuo aspersum sermone: sed cui etiā non nihil assit vtilitatis ad vitā & mores emendandos: nam ipse iocunde interrogat de amore. & non sine commiseratione amantē. ab auara meretrice abducere testat. Intererat autē conuiuio frater Megillę. que pulchritudine nota erat. vnde fratrem ab illa denominat.

k BEAVS. nec sine rõe dixit Btõs. Nã btõs se putãt amantes cũ perditissime amãt si re amata frui possunt. Ergo amatorie de amore locut⁹ est poeta. & ex amãtiũ more nã & btõs seipsos nũcupãt & tñ se perire conqueruntur.
l CESSAT. Recusat ille dicere ad duct⁹ pudore nõ quod amaret sed quod indignã amari amaret. nã vt est apud ouidiũ Turpis adulterio pei⁹ adulter erit at horati⁹ cũ cõtra putaret. spabat nõ mediocrẽ se voluptatẽ capturũ. si suũ ille foelicem amorẽ sibi narraret. Itaq; dolet se il la voluptate carere. neq; adduci posse. vt bibat alia mercede.
m NON eru. Hoc dicit quia putabat illã esse modestã liberaleq; mulierem non autẽ auaram.
n DEPONE. Futilis hois esse videt & vani suũ amorẽ alii manifestare nisi fideli & taciturno. quapropter duo verba selegit. Primũ depone. nã rem deponim⁹ quã ea ratione credimus vt integra cõseruetur vñ est depositũ. Deinde dixit tutis auribus. i. quibus tute & sine periculo committere possis.
o AH miser. Iã rẽ narrauerat adolenscens. perceptaq; poeta longe aliter rem se habere quam crediderat. cũ illius amicã. & crudelissimam & auarissimam intelligeret. Itaq; ex commiseratione exclamat optime autem comparat rapacissimam mulierem claribdi. nam vt hec saxa cauernosa in furente estu nauigia trahunt tractaq; lacerant. sic auara meretrix amantem allicit allectumq; vorat. cum neq; corpori illius. neq; pecunie parcat.
p CARIBDIS autem & scylla duo monstra sunt in freto siculo. de quibus Maro. Dextrũ scylla latus leuũ iplacata carybdis obsidet

Frater megylle: quo beatus
Vulnere qua pereat sagitta.
Cessat voluntas: non alia bibam
Mercede: que te cunq; domat venus
Non erubescendis adurit
Ignibus: ingenuoq; semper
Amore peccas. quicquid habes age
Depone tutis auribus: ah miser
Quanta laboras charybdi
Digne puer meliore flamma:
Que saga: quis te soluere thessalis,
Magus venenis: vix poterit deus
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet chimera.

q SAGA. Sage inquit Nonius dicuntur foemine ad libidinem virorum indagatrices. vnde sagaces canes dicuntur ferarum vel animalium quesitores. Acron dicit quod saga est incãtatrix et malefica dicta quod satis agat. Fest⁹ ait. saga quoq; mulier sacrorum. & veri sapiẽs Ordo autem est. que saga thessalis poterit te soluere venenis.
r THESSALIS. Nam eã regionem veneficis mulieribus abũdasse & Lucanus & multi alii poete testantur.
s MAGVS. Hoc verbum ligua persica sapientẽ significat vnde illi eos magos appellãt quos greci philosophos quos babyloni chaldeos q̃s Indi gymnosophistas. q̃s egyptii sacerdotes. Et quoniã ipsi hui⁹ artis inuentores cultoresq; habentur. precipue autẽ zoroaster. icirco qui in arte periti sunt magi appellantur & ipsa ars magica que romanorum legibus exerceri prohibet. Cuius rei non ignarus. Vir. ipsam fedidonem excusantem his verbis. Testor cara deos & te germana tuumq; dulce caput magicas inuitam accingier artas.
t TRIFORMI chimera. Sicut superius meretricẽ mari. ita hic chimere cõparauit q. multiformi belue. que leonis draconis et capre capitibus emineret flammis armata. sic meretrix dolis & incitamentis libidinum multiformem autẽ hac comparatione intelligi voluit omnibus partibus esse turpem.
v PEGASVS. Bellorophontis equus. cuius celeritate chimera dicitur interempta. vnde alas habuisse dicitur. Vir. Alipedumq; fuga cursum tentauit equorum. Oui. li. iiii. met. ex meduse cruore pegasum natum scribit.

Argumentum xxviii. odes

Ostendit mortem communem omnibus alloquens autem philosophum Architam dicit nil profuisse mortuo sibi geometriam astrologiamq; nosse. Ille autem respondere inducitur omnib⁹ moriendum esse doctis pariter & indoctis: vario tamen casu: se vero illyricis vndis fuisse obrutũ. Itaq; nautas pretereuntes orat puluerem sibi ipsi inycere pigeat minime. Hoc dicit.



Ode.XXVIII. Ostēdit mortē cōmunē oībus p Architā

a TE maris. Hec ode de ꝓsopopeia forma est. inducit enim corp⁹ naufragi Architę Tarentini in litus expulsum conqueri de iniuria sua & petere a preterēūtibus sepulturā. Hic aūt Archytas pythagoricus fuit qui merito genmetrię peritus dicit. quia pythagorici omnia constare numeris credunt.

b MATINVM Matinus mōs apuli iuxta quē archytas sepult⁹ ist
c AEREAS domos. quia astrologię sciētissimus fuit ergo domos aereas. i. celum & sidera. Vir Pandit interea dom⁹ oipotētis olimpi.
d OCCIDIT. Respōdet pro Archyta. Sen tentia est cōmunis omnibus nec sunt soli docti qui moriātur. sed etiam magni reges & qui multū laboris. vt imperium obtinerent susceperunt. non esse recusandos labores vt doctrina acqrat cum ipsa dignior sit quā imperiū.

e PELOPIS. Tantalus pelopis pater epularū scelere deorum cōuiuia. a quibus pro funestis filii dapibus pœna perculsus est. Vir. in sexto lucent genialibus altis aurea fulcra thoris. epuleq; ante ora paratę regifico luxu furiarum maxima iuxta accubat. & manibus ꝓhibent contingere mensas.
f THITONVSQVE. Thitoniū laomedontis filium: aurore maritum in auras receptū dicit. De quo superius ode. vi.

geometrā intelligit arismetricā intelligit
a
TE maris et terre numero carētis arene
cum q̄ metitur.
continet
Mensorem cohibet archyta
ibi incipit ordo
b
Pulueris exigui ꝓpe littus ꝑua matinū
paruū sepulchrū nihil tibi ꝓfuit ad mortalē cōditionē
Munera: nec quicquam tibi prodest
celum & sydera intellectu
c cognitione tua
Aereas tentasse domos: aīoq; rotunduʒ
.i.celum q. d. nō fuerat tantopere laborandū si tibi nihilominus erat moriendū
Decurrisse polum morituro.
mortuus est hoc est tantalus fuit hospes deorum
d e
Occidit et pelopis geitor cōuiua deorū
.i.a terris in auras abiit
f
Thitonusq; remotus in auras.
secreta p. n. viri
qui fuit
g
Et iouis arcanis minos admissus. hn̄tq;
inferna pythagorum inferno
h i
Tartara panthoiden / iterum orco
t eorsum missum tpe troiani belli
Demissuʒ: quāuis clypeo troiana refixo
k recordatus
Tempora testatus / nihil vltra
.i. vltra corpus quia solū corpus peperat animus aūt immortalis manserat crudeli
Neruos atq; cutē morti cōcesserat atrę:
l ignobilis.
Iudice te non sordidus auctor

g ET iouis arcanis. Aut quod minos se predicabat cum Ioue colloqui & ex consilio eius cūcta agere. aut Iouis arcanis. plutōis a quo institutus est iudex pro recordatione iustitię Vir. in sexto Quesitor minos vrnam mouet.

h PANTHOIDEN. Nunc pythagorā significat qui predicauit se apud troiam euphorbum pāthoi filium fuisse. qui interfectus a menaloa iterum reuixit factus pythagoras. idq; eum cognouisse agnito clipeo. quem tēplo euphorbus fixerat hic ante. & in humerum dicitur renatus. postea in pauone. postremo iam enium poetē. & dicit cum neruis atq; cute mortuū. anima diu vixisse iterū quia sepe mortuus est trāseat anima eius in alios
i ORCO. Pluto etiam dicitur orcus ait enim Cice. in verrinis vt alter orcus venisse ętnam & nō proserpinam sed ipsam cererem rapuisse videatur.

k TEMPORA testatus. Ordo est testatus troiana tpa refixo clipeo
l NON sordidus auctor Cicero in natura deorum scribit de pythagoreis: quod tantum opinio preiudicata poterat. Vt etiam sine ratione valeret auctoritas Nam pythagorei si quid affirmabant in disputando quereretur q; qua re ita esset respondebant ipse dixit. ipse autē erat pythagoras.

m SED omnes. Ouidius in met. Serius aut citius sedem propera/mus ad vnā. MORS oia mordet vt diuus Aurelius inquit hanc hectoris fortitudo nō vitauit.nec dexteritas Achillis effugit.nec herculis robur.nec phalaridis mine. nec Ganimedis aut helene pulchritudo.nec castitas hippoliti aut dianę nec doctrina Socratis aut platonis nec prudentia Catonis.nec continentia Scipionis. nec iusticia Aristidis .nec carmen homeri aut maronis. nec oratio demosthenis. aut Tullii. nec quisq̄ in hoc orbe vel splendior fuit lucullo.vel ditior mida.vel maior aīo quocumq̄ iulio: potuit hāc mortis rabiē n̄ gustare.

n DANT alios.Ordo est funera dāt alios spectacula toruo marti.i.multi furore ducti sūt ludi marti.pugnando enim pereunt.

o PROSERPINA. Filia Iouis ex cerere fuit que dū in sicilia flores legeret.a plutone ad inferos rapta. & in coniugē assumpta est.

p DEVEXI orionis.In deuexo celo positi.diuidit enim eum equinoctialis circulus cū tauro decertantem collocatum vt scribit higinus.de orione multa idem higinus & naso li.v.fasto.dequo ait creuerat immensum.comitem sibi delia fecit.Ille deę custos ille satelles erat. deum relatus inter sidera stellas habet,decem & septem.Huius sideris incertam tempestatem dicunt. nā sua magnitudine pluribus diebus oritur hinc ait Vir. li. j. æn. Cum subito assurgēs fluctu nimbosus oriō in vada cęca tulit.

q ILLyRICIS vndis.Illyris adriatici maris latus occupat teste mela et dionisio.Et plinius li.iii.inquit Que pars ad mare adriaticum spectat appellatur Dalmatia & illyricum.

r AT tu nauta.Hic quasi archy/

naturalis veritatis et scientie — expectat

m

☞ Naturę veriq̄: sꝫ oēs vna manet mors
interanda — iter mortis.

Et calcanda semel via lęti
adducunt — furores belli — ludos i.p.n.
n — crudeli

Dant alios furie toruo spectacula marti.
i.clades

Exitio est auidum mare nautis
con — mortes

Mixta senū ꝛ iuuenū dēsant fūera: nullū
ypalloge est i.nullum caput fugit proserpina
o

Seua caput proserpina fugit.
architam — velox
p

Me quoq̄ deuexi rapidus comes orionis
p.n.venti — submergit
q

Illiricis notus obruit vndis
i.tanq̄ malignus
r

At tu nauta vage ne pce malign⁹ arenę
corpori — insepulto.

Ossibus & capiti inhumato
s

Particulā dare: sic qđcūq̄ minabit̄ eur⁹
i.italo mari — italicis — species p genere
t — v

Fluctibus hesperijs: venusinę
afficiantur — incolumi

Plectant̄ silue te sospite. m̄taq̄ merces
q.d.vndecūq̄ est occasio — pueniat — benigno

Vnde potest tibi defluat ęquo
nam neptunus a tarentinis cultus fuit vel habebat in custodia tarentum
x — y

Ab ioue: neptunoq̄ sacri custode tarēti
patifacis z — q̄ nocebit

Negligis immeritis nocituram
filijs — scias

Post mō te natis fraudē cōmittere: fors ꝛ
conditio mortis
pene q̄ superbis dantur

Debita iura vicesq̄ superbe
expectāt — i.pccs.mec afficiēt vltōem huius rei.

Te maneāt ipm: precibus nō linq̄r ī vlt
expiatōnes — liberabunt
a — purgatōnes

Teq̄ piacula nulla resoluent
ad terminū
b — vel patriam

Quāquā festinas nō ē mora lōga licebit
super corpore meo
c

Iniecto ter puluere curas.

tam ponit precari nautā. ne remaneat insepultus. sed etiam arenam iniciat.Ordo est.at tu nauta ne parce malignus dare particulam vagę arenę ossibus & inhumato capiti Sic plectantur venusine siluę quodcumq̄ minabitur eurus hesperiis fluctibus &c.

s EVRVS. IS ventus est veniens ab oriente equinoctiali.a romanis nauticis subsolanus cognominat̄. Auctor est Gellius li.ii.c.xxii.

t FLVCTIBVS hesperiis.Hesperia italia dicta est.qđ occasui subiecta sit ab hespero stella. vt refert Macro.li.i.sat.

v VENVSINE. Venusia colonia fuit inter lucaniam & Apuliā.

x AB Ioue.Nec temere nauigantibus placare cupit Iouem et neptunum nam iupiter aer est a quo sūt tempestates siue tranquille. neptunus vero potest mare nauigātibus tranquillum prestare.

y TARENTI.Tarentum est calabrie ꝓpinqua. & maritima vrbs extrema italie & brundusium. de quo multa Strabo .li.v.

z NEGLIGIS immeritis. Ordo est modo negligis committere scilicet in me fraudem post te nocituram natis immeritis.q.d. negligentia ductus committis fraudē i.defraudas me sepultura.quā humanitatis officio prestare teneris. sicq̄ committis scelus nociturum tuis posteris. quamuis immeritis.

a TEQVE piacula.i.nullo modo expiabis hoc scelus quod in me admittis.

b QVAMQVAM festinas.persuaserat ab honesto. & vtili nunc etiam a facili.

c INIECTO ter puluere. Nā & hoc genus est sepulture Virgi. Aut tu mihi terram inijce.namq̄ potes portusq̄ require velinos.Ter.quia ter manes vocabāt.Vir.Et magna manes ter voce vocaui.

Argumentum odes. XXVIII.

ICciū alloq̄tur dicēs eū auaritie causa militiā parare ꝑthis ac medis. Verū q̄s neget flumīa in fontes redire posse: hoc ē cōtraria fieri / cū olim studiosus philosophie illa relicta militiā subeat. H.d.



Ode XXVIII. ad Icciū militarē relicto philoso. studio

a ARABVM. Arabia inter assyriam & egyptum eius pars ad oriente spectans nabatea dicitur Ouidius ad auroram nabatheaq; regna recessit. Regio preciosa est & penuria aque laborat & putei qui sunt de industria ab incolis occultantur. ne irruentibus hostibus potū prebeant que vero ad meridiē vergit ea feracissima est omnium aromatum. et felix appellatur arabia.

b GAZIS. Gazam perse erariū vocant vt scribit Mela.

c SABEE regibus. Saba regio est turifera. arabie spectans ortus solis estiui vt docet Plinius li. xii. Et Strabo li. xvi. scribit quod sabei felicem arabiam incolunt supellectilem ex argento & auro multā habent. Vasa lectos tripodas crateras cum operculis domosq; sumptuosas. nam & porte & parietes & tecta ex ebore auro argento lapidibusq; incrustatis sūt distincta.

d QVE tibi virginum. Ordo est que virginum necato sponso tibi seruiet.

e DOCTVS. responsio est.

f SERICAS sagittas. Seres vt scribit Pli. li. vi. c. xvii. regionem inhabitant que spectat estiuum orientē laniuitio siluarum nobiles adlatius li. ii. g. Virgil.

(qt vulgus felicitate in diuitiis collocat) (i. emularis)
Icci beatis nunc arabum inuides a
(diuitiis) (duram)
Gazis b: & acram militiam paras
(in romanis)
Non ante deuictis sabee c
(dariuus est) (forti) (de medis legito ode secunda. li. primo)
Regibus horribiliq; medo
(fabricas) (d) (i. que virgo.)
Nectis cathenas: que tibi virginū
(q. d. non sine tuo periculo fiet)
Sponso necato (barbara) seruiet
(q. d. ponamus q̄ rapias puerū regiū qui sit tibi pincerna puta ne hoc tanti vt philosophiam deseras)
Puer quis ex aula capillis
(pocula tua) (ponetur) (vnguentatis)
Ad ciathum statuetur vnctis
(puer) e (parthicas.) f
Doctus sagittas tendere sericas
g
Arcu paterno: quis neget arduis
(decliuos) (rursus ascendere)
Pronos relabi posse riuos
(illū fluuiū) (ad originē suam)
Montibus: & tyberim reuerti.
h (tu) (ex oibus locis)
Cum tu coemptos vndiq; nobiles
(hoc est philosophiam) i (i. sectam)
Libros paneti socraticam domum
k (hispanicis)
Mutare loricis iberis
(hoc ad illud tendit. necte cathenas) l (studia) (cos)
Pollicitus meliora tendis.

g QVIS neget. Sensus est. Quis neget contraria fieri posse. cum tu olim philosophie deditus militiā subeas relicta illa. Simili est illud virgilianum. Iungentur iam gryphes equis &c.

h CVM tu. Ordo est omnia in contrarium mutabuntur. cum tu velis mutare libros panætii nobiles & ceptos vndiq; & domū socraticam loricis iberis.


i PANETI. Panetius stoicus & preceptor scipionis aphricani. & lelii gener rhodius vt porphirio scribit. eundem vero Cicero imitatus est in officiis.

k LORICIS. dicitur autem lorica quia loris alligata sit: & per loricas hic militiam intelligit.

l POLLICITVS meliora. Meliora autem absolute dictum aut studia subaudiendum studia poeta secundum suam opinionē philosophiā vult intelligi.

Argumentum.xxx ode

HOrtatur venerem vt relicta cypro se in ædem Glicere transferat (de qua superius ait vrit me Glicere nitor) Secumq; ducat gratias & nymphas iuuentam atq; mercurium. Hoc dicit.


a O VENVS. dicarat glycera sacellum veneri. Poeta autem scribit tanq; epigrāma illi sacello in quo venerē orat. vt relictis papho. gnido & cypro in ędem glycere sibi dedicatam migret.

b GNIDI. Gnydus in caria vrbs que portus duos habuit.

c PAPHIQVE. Paphos cypri vrbs portū habebat & tēpla optime structa vt Strabo scribit li. xv.

d AEDEM. Aedis dicta ab aditu q̄d plano pede adibant. vt Varro docet. Aedem autē numero singulari de templo tātum dicimus plurali vero & de domibus & de templo. Seruius in li. iii. æn.

xxx. ode ad Venerē

O Venus regina gnydi: paphiq;
Sperne dilectā cypron: & vocantis
Ture te multo glycere decoram
Transfer in ædem
Feruidus tecum puer & solutis
Gratie zonis: properentq; nymphe
Et parum comis sine te iuuentas
Mercuriusq;

(Glosses: dimitte — tibi dedicatam de q̄ ode. i. xix. — p. n. amice. — tibi veneri — migra — q: amor flammas imitetur — cupido — i. distinctis — de q̄bus ode q̄rta — festinent — ad edē glicere — cingulis — q: sine venustate nulla est comitas — de hoc vide plura ode. x.)

e NYMPHE. harū plura sunt genera. Nam que maris sunt nereides appellantur: que fontium Naiades: que montium oreades appellantur. Sūt itē driades siluarū nymphe sunt hamadriades que cum arboribus & oriuntur et occidūt Sunt napee florum.

f ET parum comis. i. hoc est minus elegans iuuentas sine venusta te hoc est sine te. Sciendū est tamen venerem non tantum concubitus sed etiam omnium elegantiarum esse dominā sic alibi ipse ordinis hec virtus erit & venus.

g MERCVRIVSQVE. p Mercurium questum vult accipi tanq; sine venustate nec lucrum sit.

Argumentum.xxxi.odes

SCribit poeta ab Appolline nuperrime dedicato se minime petiturū que ad auaritiam attinent Vti feraces segetes: armenta: aurum ebur: rura & similia: erat enim paruo contentus & iam paratis. petit autem corporis valitudinem cū sana mente vsq; ad senectutē lyrico studio nō cariturā. h. d



Ode.xxxi.ad apolli.narrat.n.q̃d ip̄e poe.ab illo petat

a QVID dedicatū. Appollinis templū augustus in palatio dedicauit ergo dedicatum non a se dicit poeta, sed quod alioquin dedicat⁹ est.ipsum autem ait dedicatū apollinem pro templo eius.

b NON opime segetes feraces negat se poeta ab Apolline ea petere que ad auaritiam spectant.

c SARDINIE. Hec insula est in mari tyrrheno.Et in parte mõtuoso atq̧ sterilis. Magna tamen eius pars agrum habet rebus omibus felicem precipue tritico. Vnde horreū romani populi olim habebaẽ.

d INDICVM ebur. Quia ex india veniunt maiores dentes et plures quia in india & plures sunt & maiores elephanti quam in mauritania.Virgi.India mittit ebur molles sua thura sabei.

e LYRIS Fluuius campanie est interfluens vrbem minturnēsium Virgi.Et vmbrose lyris per regna marice

vel quem ipse domi vel augustus
a in palatio dedicauit
Quid dedicatum poscit appollinē
de se tanq̄ de tertia p̄sona loquitur
vates calice
Vates, quod orat de patera nouū
effundens vini fertilis
b
Fundens liquorem: non opime
agros abundantes vel fertiles
c
Sardinie segetes feraces
ppter magnos regio apta pecori
calores
Non estuose grata calabrie
pecora] poscit d
Armenta: non aurū aut ebur indicum
agros
e
Non rura que lyris quieta
circundat lenis fluuius
Mordet aqua taciturnus amnis
falli.
amputent f
Premant calena falce quibus dedit
g
Fortuna vitem: diues & aureis
ebibat poculis
h
Mercator exiccet cululis
empta vel mutata
i
Vina syra reparata merce
mercator sepius
Dijs clarus ipsis: quippe ter & quater
ppter lucrum q.d.sepenumero
k l
Anno reuisens equor athlanticum

f CALENA. Cales opidum est in agro Sidicino vbi optima vina vt falerna nascunẽ vide etiā ode.xx

g DIVES & aureis.Ordo est & diues mercator car⁹ ipsis diis quippe ter & quater anno impune reuisens athlanticū mare exiccet vina aureis culullis reparata syra merce.

h CVLVLLIS.Proprie autem cululli calices dicuntur fictiles: quibus pontifices virginesq̧ vestales vtebantur.

i VINA syra reparata merce.q. commutata vina syra merce. Syram autem mercem preciosissimā accipe que.s.in purpura & pipere & vnguentis aliisq̧ similibus esse solet.

k EQVOR athlanticum.Occeanus athlāticus dicitā mõte athlāte de quo poeta li.iiii en.ait occeaniq̧ finem iuxta solemq̧ cadentem.vltimus ethiopum locus est. vbi celi fer Atlas axē humero torquet stellis ardentibus aptum.

E

l IMPVNE. Cum admiratione dictum quod sue stulticie et auaritie seuienti mari poenas non det.

m CYCHOREA. Herba multis & tenuibus radicibus. quas in tyba nominauit in.iiii.geor. Strimonieque grues et amaris i tyba fibris.

n MALVE. Malua malue dicitur quedam herba. & dicit a mollio mollis quia ventrem molliat.

l non potest esse auarus cui tam tenuis victus satis sit.

Impune: me pascunt oliue

pascit m lubrice n

Me cychorea leuesque malue

o acquisitis horatio

Frui paratis & valido mihi

phoebe p sed i.sana p

Latoe, dones: at precor integra

deformem

Cum mente nec turpem senectam

deducere i.lyrico studio.

Degere: nec cythara carentem.

o FRVI paratis. Aut iis que ego paraui. Aut parata sunt.i.in promptu sunt omnibus. Ordo est & latoe precor dones mihi valido frui paratis. ac cum integra mente nec turpem senectam nec carẽte cythara vt sit mens sana in corpore sano.

p INTEGRA cum mente. Iuuenalis etiam sat.x.inquit orandũ est vt sit mens sana in corpore sano.

Argumentum.xxxii.Ode.

A Barbyto.i.sua cythara poscit: vt quicquid secum luserit diutius viuat. Hortaur que dicat latinum carmen: & canere perseueret.eius deinde laudes enumerat: dicit enim alceum barbyto cecinisse liberum: musas venerem: cupidinem: & lyceum puerum sibi dilectum. Dicit etiam esse phoebi decus & gratum summi iouis dapibus: dulceque sis, laborum lenimen. H.d.



Ode.XXXII. Ad barbyton De carminibus suis

a POSCIMVS. Ordo est o Barbyte si quid nos vacui sub vmbra lusimus tecum poscimus. [quod et viuat hunc in annũ et plures. Age dic latinum carmen o modulate primum lesbio ciui. poscimus. poscere secundum donatum. est imperiose rogare: petere est cum precibus. postulare est iure obsecrare est per sacra rogare. Flagitare maioris est vehementie quam poscere.

b LVSIMVS. Est enim poetarum ludus scribere carmina: verecundeque sua carmina lusus vocãt ludere. Ludere denique dicitur versibus scribere.

c QVI ferox bello. Alceum dicit hic autem etiam res bellicas aduersos tyrannos gessit.

d SIVE iactatam religarat. Hoc ideo dicitur quia in nauigationibus hic poeta cum bellicas res agerem sepe tempestatibus vexatus est.

e LIBERVM & musas. ferunt Dionisium semele natum delitiis deditum molli corpore. atque pre ceteris decoro. voluptatibus insuper veneris indulgentem. In exercitum mulierum copiam circum duxisse armatam hastam thyrso inuolutis. Tradunt & musas virgines cum eo profectas apprime eruditas. iis tum propter cantus suauitatem. tum quia docte saltare bonisque artibus erudite erãt deus ille oblectabat. Scribit ea diodorus li. v.

f HERENTEM puerum. Qui nusquam ab eo discebat. nam semper amabat.

g NIHRIS oculis. Nigredo pupillarum in oculis laudatur.

h O DECVS. Exaltatur enĩ phoebus in cithara. que illi rectori & moderatori reliquorum luminũ propter celestem harmaniã datur.

i DAPIBVS Recte autem dixit dapes. nam volunt dapes deorũ & principum. epulas priuatorum Sensus autem est. non solum hominum sed etiam deorum conuiuia illa exhileranitur.

k TESTVDO. Hoc est cithara quia prima in formam huius animalis facta est.

l O LABORVM. Ordo est salue o dulce laborum lenimen mihi cumque i. quandocũque rite vocanti.
m RITE vocanti. q. d. etiam si & digno carmine vocauero.

---

curia [a] locus poete accommodatus
Poscimus si quid vacui sub vmbra
scripsimus. [b] eius finem
Lusimus tecũ qd & hũc in annũ
vt .s. annos
Viuat & plures: age dic latinum
vide ode. i. o lyra scz non meritum
Barbyte carmẽ
.i. alceo. quẽ horatius imitatus est decantate
Lesbio primum modulate ciui.
[c] audax nam si etiam armis res leuiores tantus poeta admiscuit. nõ tabitur mihi vitio. si id faciã
Qui ferox bello tamen inter arma
siue bello gereret. siue in portu quiesceret madido [d]
Siue iactatam religarat humido
Littore nauim
bachum [e] deam amoris et
Liberum & musas: veneremque & illi
[f] cupidinem
Semper herentem puerum canebat
p. n. pueri quẽ alceus dilexit [g]
Et lycum nigris oculis: nigroque
[h] lyram dicit pulchrum [i]
Crine decorum
O decus phoebi: & dapibus supremi
[k] [l]
Grata testudo iouis: o laborum
malorũ enim lenimen est cythare cantus quandocũque
Dulce lenimen mihi cũque salue
apto loco & tempore [m]
Rite vocanti.

Argumentum odes.xxxiii.

ALbium Tybullũ hortatur ne doleat: quod ab immiti Glicera spernitur: sic enim veneri visum: Cui quidem placet & formas & animos impares sub iuga mittere: cum suo ioco: hinc pulchra licoris cyrũ adamans ab illo spernit. Ille vero ab aspera pholoe. Sibimet etiã accidisse ait idem. nam cũ a pulcherrima appeteretur. Potius libertine myrtile inhesit. que certe acerrima erat. Aliorũ itaq; exemplo Albium amice despectum solari contendit. Hoc dicit.



Ode. xxxiii. ad Albium Tybullum.

a MISERABILES elegos proprie elegiorũ versus aptissimi sunt fletibus.

b CVR tibi iunior. Quereris enĩ vnde sit quod dii illi quanto perfidior est tanto maiorem tribuant pulchritudinẽ cum contraria mereamur.

c PRENITEAT. tibi .i. magis te niteat ac placeat glicere.

d INSIGNEM tenui fronte ly. Argumentationibus e grauioribus philosophie locis eductis ad leuissimas amatorias res probandas vtitur. s. non esse recusanda que nobis accidant cum multis communia q; probat exemplo lycoridis. que cum pulchra sit & vehementer cyrum amet. tamen ab eo non amatur. cyrus autem declinat in asperam pholoen que in illũ aspera immitisq; sit.

a ALbi ne doleas: plus nimio memor
crudelis .i. ueue flebiles
p.n. meretricis a
Immitis glycere: neu miserabiles
q̃bus de illa conq̃ris
b adolescentior
Decantes elegos cur tibi iunior
quia pfidia exciterat amatori
c
Lesa p̃niteat fide.
pulchram paruа accusatiuus grecus
d p.n.
Insignem tenui fronte lycordia
arcsat p.n. iuuentis crudelem
Cyri torret amor: cyrus in asperam
propensus est p.n. meretricis e
Declinat pholoen: sed prius apulis
.i. prius lupi cõcumbent cum capris
Iungentur capree lupis
quod
Quam turpi pholoe peccet adultero:
placet
f
Sic visum veneri: cui placet impares


e APVLIS lupis. Sic Vir. mopso nysa datur quid non speremus amantes. Iungentur iam gryphes equis euoq; sequenti. Cum canibus timidi venient ad pocula dame.

f SIC visum. Quotienscumq; ratio non apparet sic visum interponitur vt Vir. Postq̃ res asie priamiq; euertere gentem immeritam visum superis.

g AENEA. Autem hic est quadrisyllabum vt ibi in li. i. meth. Tertia post illas successit ahenea proles & propterea interponenda est inter a & e littora h.
h IPSVM me. Dicit se amore amicę ab vxoris coniunctione reuocatum. cuius ita litibus vel amaritudine vexetur quemadmodum calabrie littora maris adriatici tempestatibus.
i GRATA. Non quia illa sibi vices in amore reddat. sed grata. i. iocunda. nam & si ab ea durius tractaretur tamen non poterat non amare. neq; poterat non lętari illa seruitute.

impares cura g
Formas atq; animos sub iuga ęnea
crudeli amori
Sęuo mittere cum ioco
horatium dignior amica h
Ipsum me melior cum peteret venus
.i. iocunda vinculo amoris .p.n. amice i k
Grata detinuit compede myrtile
estibus continuit l m
Libertina: fretis acrior hadrię
exigentis p̃e nimio estu fluctus
Curuantis calabros sinus

k COMPEDE. Compedem singulari numero contra veterum posuit consuetudinem.
l LIBERTINA. Hec est conditionis distinctio vt hominum alii liberi dicantur. alii serui. & liberorum rursus alii ingenui sunt alii liberti alii libertini. de quibus habes multos ti: apud iurisconsultos.
m HADRIE. Mare tyrrhenum quum iam ad iapigiam vsq; reclinat. atq; inde boream versus dilatat sese. hadriatici confestim nomē sortitur. Auctor est Dyonisius.





Argumentum odes. XXXIIII.

Scribit quod dum sectaretur Epicureã sectam parcus & infreqūens deorū cultor euaserat. Nūc vero se cogi ait relicta repetere. Deus enim mutare pōt ima sūmis. insignem attenuare. obscurū educere. proptereaq; fortunam hunc eleuare: illum deprimere. Hoc dicit.

Ode. XXXIIII. De dei potentia. Ad seipsum

a PARCVS deorum. Est autē ordo. Ego parcus et infrequens deorum cultor dum consultus insanientis sapientię erro.

b INFREQVENS. Nam cum putarent deos Epicurei humana non curare. neq; irasci hominibus aliquo scelere. neq; moueri vlla virtute volebāt ipsos propter has res non esse colendos sed propter earū excellentiam. idq; non nisi paruo raroq; sacrificio. & illud facit pro declaratione totius ode.

c NVNC retrorsum. Metaphora est a nauigatione eo quod contempta epicureorum disputatione

ego a .i. nō freq̄ns b
Parcus deorū cultor & infreques
epicuree secte philosophie
Insanientis dum sapientię
peritus c
Consultus erro. nunc retrorsum
p̄positum repetere primū religionis ꝛ sapientie
Vela dare: atq; iterare cursus
iupiter d
Cogor relictos. nāq; diesper
.i. fulmine solitus diuidere e
lucenti
Igni corusco nubila diuidens
serenum
Plerumq; per purum tonantis
fulmina mobilem f celi
Egit equos: volucremq; currum

reuerti se ad credendum asserat deos curare mortalia.

d DIEPER. Olim iupiter dict⁹ est vt dici pater scribit Mac. li. i. sat. Meminit & Gellius.

e IGNI corusco. Si in nube luctetur vapor aut flatus tonitrua edūtur. Si erumpat ardens fulmina. Si longiore tractu nitatur fulgetra. iis finditur nubes. illis prerumpitur Plinius auctor li. ii.

f VOLVCREMQVE currum Ex vulgi opinione plerūq; sensus poetę concipiunt vt hic de curru dictum pro olimpi strepitu.

g TENARVS Enim laconie p montorium est aduersum aphrice ripa erecta est sacram neptuni ede constructā continens in luco pro- pinquaq; spelunca est per quā cer- berum ab inferis superius reductū ab hercule fabule canunt id Soli- nus scribit. & Strabo li viii. scribit item latius Seneca in hercule.

ioue fine sensu tarda quod terre epitheton est
Quo bruta tellus & vaga flumina
palus inferna g
Quo stix & inuisi horrida tenari
infernus in occidente est athlas mons de quo ode. xxi.
Sedes atlantheusq; finis
f. deus
Concutitur: valet ima summis
eleuare eos qui depressi sunt scz. propter scelera
diuitem
Mutare. & insignem attenuat deus
humilia eleuans verticem
propter virtutem. h
Obscura promēs hinc apicem rapax
lamentatione
sonoro
Fortuna cum stridore acuto
deposuisse i
Sustulit. hic posuisse gaudet

h HINC apicem. Ordo est fortu- na rapax cum acuto stridore sustu- lit hinc apicem hic posuisse gaudet idest summos infimos reddit et cō- tra fortuna enim immeritos auget honoribus.
i GAVDET. Quia letari putaē fortuna calamitatibus hominum

Argumentum odes. xxxv

FOrtune potentiā scribit: illāq; timeri a cūctis ōndit. Augustū deinde cesarē in brittannos euntē eidem cōmendat. orat enim vt illum cum toto exercitu seruet deuictis hostibus. Hoc dicit




Ode. xxxv. ad fortunam

a O DIVA. Contraria superiori videtur quam nunc scribit ode in illa enim omnia fortune ademerat & diuine prudentie attribuerat. in hac tanquam illi reconciliatus sit omnia reddit.
b ANCIVM. Vrbs latii vbi re- ligiosissime fortuna colebatur.
c IMO tollere gra. Sic iuuenalis Si fortuna volet fies de rhetore con sul. Si volet hec eadem fies de con- sule rhetor.
d VEL superbos. Mira ergo po tentia si & eos in quibus nulla vir tus est ad summum gradum sub uehit & eos qui suis preclaris vir- tutibus iam summa imperia tene- bant deicit.
e TE dominam equoris. Fortu na enim & equori dominatur: ita vt a nauigantibus inuocetur.

fortuna a vrbem b
O Diua gratum que regis antium
prompta infima extollere ad honorē c & diuitias
Presens vel imo tollere gradu
homunciōnem d
Mortale corpus. vel superbos
parata es cedibus
Vertere funeribus triumphos
meruit fortunā circumuenit
Te pauper ambit sollicita prece
agricola e
Ruris colonus. te dominam equoris

f BITLINA carina. Species pro genere. vt innatat alnus missa pado. Bit hini autē asie populi iuxta phryges & mysios vt Stra. ait li. xi

g CARPATHIVM pela. Carpathos insula excelsa a qua pelago quoq; nomē inditum est vt scribit Strabo li. xi.

h DACVS asper. Diuiduntur Daci a germanis Danubio. vt scribit Tacitus de eisdem latius Strabo li. vii.

i PROFVGI scythę. i. parthi. nā ii fuerunt scytharum exules. quod etiam ipsorum vocabulo manifestatur scythico enim sermone exules parthi dicuntur. Auctor est Iustinus li. xli.

k LACIVM ferox. Vnde anchise vmbra dormienti æneę li. v. æn. ait. Gens dura atq; aspera cultu debellanda tibi latio est.

l REGVMQVE ma. Propter timere filiis matrum est.

m PVRPVREI. Purpuratum ornatum purpura. purpureum vero quod totum fit ex purpura.

n STANTEM columnā. Metaphora est. intelligit enim regni robur. Cuius presidia vt inquit Salustius non exercitus neq; thesauri verum amici.

o CONCITET. Vt iunius brutus egit. contra tarquinios vt item M. Brutus contra iulium cęsarem

p TE semper. q. d. quod placuit fortunę id ineuitabile & necessarium est. vt necessitas fortunę subiecta dici possit.

q CLAVOS traba. Sēsus quod omnes cruciatus fortuna secū trahat. Clauos trabales idest ingentes et longos vti trabes hec autem omnia tormentorum genera.

r CVNEOS. Intelligit ferrea frustula quibus constringuntur com pedes & manice.

s VNCVS. Curuum ferrū quo rei & infoelices trahebantur. Vnde Iuuenalis satyra. x. ait Seianus ducitur vnco spectandus.

.naura f instigas
Quicunq; bithyna lacessit
.i.naui
g
Carpathium pelagus carina
fortunam
metuit
h i
Te dacus asper. te profugi scythe
f. metuunt victoriosum
Vrbes gentesq;. & latium ferox
l
Regumq; matres barbarorum. &
purpurati o fortuna
m te
Purpurei metuunt tyranni.
iniusto. .i. potestate
deijcias
Iniurioso ne pede proruas
stipatus
n
Stantem columnā. ne pupulus freq̄ns:
desides & nihil agentes
Ad arma cessantes ad arma
clamet quia imperium semper
o fragabile putatur
Concitet. imperiumq; frangat:
dissi illabum nunc est.
p fortunā crudelis
Te semper anteit sęua necessitas
q r
Clauos trabales. & cuneos manu
portans insillabū est crudelis
.i. firma
Gestans ahena nec seuerus
s t
Vncus abest. liquidumue plumbum
fortunam
v x
Te spes: & albo rara fides colit
scz fides scz fortunā te
y z
Velata panno: nec comitem abnegat
quotienscunq;
Vt cunq; mutata potentes
aut lucrū aut paupertate
tu fortuna te
Veste domos inimica linquis
infida
a b
At vulgus infidū. & meretrix retro
periurata vafis
c d
Periura cedit diffugiuntq; cadis
exhaustis
Cum fece siccatis. amici
.i. simul.
Ferre iugum pariter dolosi

t LIQVIDVMVE plumbum. Nocentes enim liquefacto plūbo quandoq; plectebantur.

v TE spes. Que sola sperādo meliora durat. Vir. Spem vultu simulat premit altum corde dolorem.

x RARA fides. Bono epithito raram fidem appellat. quia a paucis colitur.

y PAMO albo. Posset videri sordide dixisse pamo nisi vellet hac conceptione intelligi a pauperibus magis coli fidem. Albo autem dixit propter honestatem fidelitatis.

z NEC comitem. ab. Non spernite inquit o fortuna fides cum linquis potentiorum limina. vel cum relinquis diuites. per hoc autem videtur significare eos qui ex dignitate honoris aut diuitiarum cecidenrit. nec fidem apud eos remanere idest fidem quoq; ammittere. Iuue. Quantum quisq; sua numorum seruat in arca. Tantum habet & fidei. Ordo est. nec abnegat comitē: vt cumq; liquis potentos domos mutata veste.

a AT vulgus. Ostendit superius fidem sequi fortunam quocumq; mutata erit vulgus autem & meretrix & infidi amici mutatam fortunam diffugiunt. Vnde Ouidius inquit li. ii. de ponto. Turpe quidē dictu. sed si modo vera fatemur. Vulgus amicitias vtilitate probat. Et in. i. li. tristium Donec eris fœlix multos numerabis amicos.

b ET meretrix. Nota contra meretrices hunc textum. Meretrix est que pecunia et non amore corpus suum vulgat.

c DIFFVGIVNT cadis. Ordo est amici dolosi ferre iugum pariter. i. amici qui dolo & fraude detractant ferre calamitates vna cum amico confugiunt idest relinquūt amicum.

d CADIS idest vasis quibus vina conduntur. Virgi. Vina bonus que deinde cadis onerarat acestes.

e SERVES iterum. Longum est hyperbaton. tendit enim illuc usq; o diua gratū que regis antiū &c.

f

IN ultimos bri Britannia ante romanis incognita primū a Iulio cęsare in gallos bellum gerente vi/cta est quamuis nihil huiusmodi mādāte senatu. Qua propter cense bat Cato nō modo triumpho ho nestandnm sed potius pena afficiē/dum cęsarē. qui immanes barba/ros non sine reipub. periculo irri/tasset. Defecit tamē britannia post mortem Iulii quam cęsar recupe/rauit. Ergo de parthis populis ori entalibus. & de britannis triūpha uit. Hinc Vir. Et duo rapta manu diuerso ex hoste throphea. Bisq; triumphatas vtroq; a littore gētes.

g EXAMEN'. Metaphora enī est ab apibus. quarū filii relinquē/tes alueos examen colligūt. & alio se conferunt.

h EOIS partibus. Orientalibus populis vt medis: parthis: persis. arabibus: indis.

i OCEANOQVE rubro. Ex mari eoo vnde sol oritur quod in/dicum vocant. quod rubrum ma re siue æthiopicum appellāt ad au strum versus effunditur. ex ea ma xime parte qua vasta quedam soli tudo & inhabitabilis plaga terrę cōspicit. ardentibus semper calori/bus exusta Auctor est Dyonisius

diua   iturum   augustum

e f
Serues iturum cęsarem in vltimos

Orbis britannos. & iuuenum recens
militum agmen

g h
Examen eois timendum
.i. mari rubro.

i
Partibus. oceanoq; rubro
quos bella ciuilia dederant

k
Heu cicatricum. & sceleris pudet
hoc est ciuiū q. d. nihil
ferrea
l
Fratrumq; quid nos dura refugimus
nefarii. sceleratī

Aetas? quid intactum nefasti
a quo templo q. d. a nullo

Linquimus. vnde manum iuuentus

Metu deorum. continuit quibus

m
Pepercit aris. o vtinam noua
q. d. felicius formata   tu fortuna   repercussum
.i. refictas

Incude diffingas retusum in
populi

n
Messagetas arabasque ferrum:

k HEV cicatricum. Detestat poe ta bella ciuilia. quibus quidē om/ne nefas commiserant. spreto deo rum metu: suorumq; pietate. cha ritateq; patrię que omnibus maxi ma esse debet quod & Cicero me minit.

l QVID nos dura refugimus: Per appositionem. q. d. nullum sce lus pretermisimus: quoniā sumus dura ętas idest crudelis ętas: nam durum crudelem dicimus quoniā nulla humanitate mollescit. vel du ra .i. ferrea poetę enim per metalla ętates diuiserunt: primamq; quo niam iustissima esset auream dixe re. Oui. in. i. meth. Aurea prima sa ta est etas que vindice nullo sponte sua sine lege fidem rectumq; cole bat. Secūdum quia paulo deterior fuit sed non multum depriuata di xerunt argenteam Tertiam eream Quartam ferream.

m O VTINAM. Optat vt arma malo omine fabricata quoniā in ciues conuersa sunt. nunc meliori bus auspiciis refabricentur vt ver tantur in messagetas & arabes.

n MESSAGETAS. Messagete populi sunt thracie. De quibus me minit multa herodot⁹ libro. iii. Et Strabo li. xi.

Argumentum odes XXXVI.

Scribit sacrificandum esse diisq; gratias agendas: obseruatum ab eis pomponiū Numidiam nu/per enim ex hispania sospes redierat. Hortatur inde vt diem leti & hilares celebrent: genio operā tribuentes. Hoc dicit.



Ode.XXXVI. leticie vacādū scribit ob numide reditū ex hyspania.

a ET ture. Parat sacrificium pro reditu pomponii numide quod vouerat si incolumis redisset.

b QVI nunc hespe. Ordo est qui sospes reuersus ab vltima hesperia diuidit multa oscula charis sodalibus. nulli tamen plura diuidit quā dulci lamię memor simul mutatę togę.

c HESPERIA. Dicta italia ab hespero rege. dicitur etiam hesperia hyspania ab hespero stella occidentali.

d DIVIDIT oscula. que consuetudo est amicorum dum de longinquo tardius reuertuntur.

e REGE. Pro rectore. Sic iuue. Optima siluarum interea pelagiq; vorabit Rex horum.

f PVERCIE. Dixit metri causa vt staret solus dactilus.

g MVTATE simul togę. Nam cum ad adultam etatem deuenissent deposita puerili pretexta viridē togam summebant. i. memor togę quam mutata pretexta summebant. Simul ergo erant cogtanei.

Et thure & fidibus iuuat
Placare & vituli sanguine debito
Custodes numide deos
Qui nunc hesperia sospes ab vltima
Charis multa sodalibus
Nulli plura tamen diuidit oscula
Quam dulci lamię memor
Acte non alio rege puertię
Mutateq; simul togę
Cressaq; ne careat pulchra dies nota
Nec promptę modus amphorę
Nec morem in salium sit requies pedū
Nec multi damalis meri
Bassum threicia vincat amystide

h CRESSA nota. i. albo lapillo. Erat enim de consuetudine apud cretenses vt quot dies sibi feliciter euenirent tot albos lapillos in vasculum conijcerent. nigros autem in his qui infeliciter euenissent. atq; elapso anno enumerabant albos totidem se dies vixisse dicebant. per sius hunc macrine diem numera meliore lapillo. qui tibi labētes apponat candidus annos.

i NEC morem. Ordo est. Neu sit requies pedum salium more.

k SALIVM. Salii enim martis sacerdotes erant a numa rege instituti. & proprie salii a saliendo dicti sunt.

l NEC multi. Sensus est. nec damalis que multi meri est. i. ebriosa non vincat bassum in potando.

m AMySTIDE. Amystis vt quidā putat potionis genus apud thracas. ideo amystis dicta quod clausis oculis potabatur vno ductu. Alii amystim gemmam volunt que presenti vsu amatystus dicitur.


n ROSE. Valerius li.ii.de ciuitate spartana loquens scribit primos ionas vngenti coronarumq; in cõuiuio dandarum & secunde mense ponende consuetudinem haud parua luxurie irritamẽta reperisse.

non tapibus n
Neu sint epulis rose
nam multo pene anni rge vindicta ẽpdit. dicũt z hanc herbã si manducetur ebrietatem tollere
o
Neu viuax apium: neu breue lilium
scz cũ sint ebrij vino languidos
Omnes in damalim putres
suã pulchritudinẽ inspiciãt. p p.n.amice
Deponant oculos: nec damalis nouo
s.ab ipso numida g nouũ adulteriũ
Diuelletur adultero
q.ludentes vagẽ magis ambiẽnssuis lacertis
Lasciuis hederis ambitiosior

o VVIAX apium. inquit quoniam diu virescit nec arescit vt multe alie herbe.
p NEC damalis. Sensus est nec nouus adulter .i. amator damali auellet a pristino suo amatore.

Argumentum odes.xxxvii.

Sodales hortatur ad leticiam & voluptatem ob victoriam quidẽ ab Augusto habitam cõtra Antonium & cleopatram: que ruinas & furias romano imperio parabat. Hoc dicit



Ode.xxxvii.de Augusti victoria

a NVNC est bibendũ. Hac ode leticiam profitetur poeta suam ob victoriam actiacam augusti. qua M. Anthonium apud actium promontorium nauali prelio superauit. ac deinde alexandriam cœpit. Historia autem talis est. post imperium romanũ a triũ viris diuisum adeo amore cleopatre alexãdrienss regine exarsit Antonius vt deinde tantus dux in muliercule arbitriũ cõcedens cũcta illius nutu gereret. Itaq; tandẽ diuortiũ cum octauia Augusti sorore suaq; vxore fecit. & bellũ contra octauianũ mouit. potuissetq; victoria potiri si celeritate vsus fuisset. Erãt.n. et milites et oẽs italie ciuitates octauiano ꝓpter acerba tributa infense. Sed dũ antonius vniuersã greciã lentius lustrat & varia spectacula ac ludos cleopatre parat fuit spatiũ Octauiano vt etiã italos sibi recõciliaret. et exercit⁹ instrueret. obuiãq; in epyrũ hosti venire. erãt ãtonio robustiores copie pedestres quã nauales. Cõtra aũt Octauiano cõtigerat. et tamen qm̃ sic placuit cleopatre maluit naualia prelio decertare. Ac paulo

a a pcnculis secura
Nunc est bibendũ nunc pede libero
in ipsa saltatõne copiose
b
Pulsanda tellus: nunc saliaribus
c
Ornare puluinar deorum
socij
Tempus erit dapibus sodales
scrat efferre optimũ vinum
tc quo odc.xx
Ante hoc nefas depromere cecubum
vinarijs antiqnis romano imperio
d e
Cellis auitis: dum capitolio
cleopatra ꝓ ipsa demens
Regina dementes ruinas
inferntum romano
Funus & imperio parabat

post omnino adhuc victoria cum fugientem cleopatram videret suos egregie certantes relinquens muliere in egyptum secutus est. Aduolauit et illic octauianus. qua ꝓpter coact⁹ ẽ antoni⁹ ne in man⁹ hostiũ veniret sibi mortẽ cõsciscere. Cleopatra ad octauianũ viua deducta est. Nã cupiebat cesar illã i triũphũ ducere quod mulier vt effugeret. veneno se ipsam pdidit. siue qꝺ fistulas inter capillos gerebat. siue iter ficus ab agricola porrectas aspides accepit q̃s mamillis suis admouit
b SAliarib⁹. saliares sacerdotales cene erãt q̃s salii faciebãt dicũt amplissimi appat⁹ fuisse. Ordo est nũc est tps ornare puluinar deoꝝ saliaꝝ
c PVLVInar. puluinarib⁹ dapib⁹ naria dicebãt aut lecti deoꝝ. aut tabulata. in quib⁹ stabãt numina. vt eminentiora viderentur.

d CELLIS auitis vt notet vetustas vini i qua laus sũma est
e DVM capitolio. ordo ẽ dũ regina ipotẽs speraret quod libet et ebria dulci fortuna parabat funus et demẽtes ruinas capitolio et iperio cũ grege turpiũ viroꝝ cõtamiato morbo.

f CONTAMINATO cũ grege Duplex indignatio et quod mulier hoc tẽtauerit quod ne maximi quidẽ viri ausi essent & quod nõ fortib⁹ viris sed in bellib⁹ eunuchis.

g GREGE. in quo vilitas quedam est vnde egregium excellentẽ virũ dicimus.quia nõ sit in grege.
h TVRPIVM.tum propter eunuchos.tum propter ceteros qui luxu rosi essent.

i FORTVNAQVE dulci. Trãslatio ab ebriis qui vt auiditate suauis vini ebrii redduntur.sic qui felici fortuna efferuntur nesciunt se continere.quin supra sua m condi tionẽ multa sperent.ergo alusa fortunę successu.& ob hoc improuida & inconsulta vt ebrii solent.

k VIX vna so.na.aut nauis qua fugit cleopatra.aut per allegoriam ostendit cleopatrã Primũ Iuliũ cęsarem corporis sui illecebris cœpisse.Secundũ antoniũ.Augustũ deinde tentasse.sed eũ eius cõplexus vitasse.ideo vna sospes nauis ab
l LyMPHATAM. (ignibus. mentẽ.i commotã insania & vesanam.Varro eni scribit quod in grecia commota mẽtequos lympholentos appellant.lymphatos dixerunt nostri.

m MAREOTICO. A mareoti de palude ęgypti vbi optimum vinum .Hinc ait Virgil.li. ii. g Sunt thasię vites.sunt et mareotides albe.

n CESAR ab italia. Ordo est. cęsar adurgens remis .idest celeri nauigatione illam volantem ab italia.velut accipiter vrget molles columbas.ac velut citus venator ad urget leporem in campis niualis aemonię.

o VOLANTEM. vt illud virgilianum pedibus timor addidit alas.vel nauigantem nam mare velivolum dixerunt.quia velis per illud voletur & Virgi.Pelagoq; volamus.

p ACCIPITER. Auis rapax est. ab accipiendo .i. rapiẽdo minores. dicta g rcę dicitur hierax.

f Contaminato cum grege turpium
(corrupto · g · sc. spadonum · h · castratõnis · valde potens)

Morbo virorum quodlibit impotens
(successu fortune · i)

Sperare: fortunaq; dulci
(inconsulta · sc. cleopatra)

Ebria: sed minuit furorem
(incolumis · k)

Vix vna sospes nauis ab ignibus
(cleopatre · ebrietatẽ insanam · l · s. vino · m)

Mentemq; lymphatam mareotico
(restituit · ĩ non fictos)

Redegit in veros timores
(auguste · cleopatram · n · o · fugientem)

Cęsar ab italia volantem
(.i.nauigio · psequens · comparatio. · sicut · p)

Remis adurgens (accipiter velut
(s. vrget · lepus.q.lcuipes · velox)

Molles columbas: ac leporem citus
(s. vrget · niuosa)

Venator in campis niualis
(thessalie · .i.vt in vincula cõiceret · q)

Aemonie) daret vt cathenis
(perituram · cleopatrã tacit · .i. maiore.quã sexus · r · exigebat aĩo sitate)

Fatale monstrum: quę generosius
(mori · s)

Perire querens nec muliebriter
(timuit · .i. intimas · t)

Expauit ensem.nec latentis
(veloci · reficit · regiones)

Classe cita reparauit oras
(s. cleopatra · territam ac mestam · alexandriam · v)

Ausa & iacentem visere regiam
(constanti · habebat ex desperatõne virtutem.)

Vultu sereno: fortis & asperas
(s. cleopatra · noxium. · x · y)

Tractare serpentes: vt atrum
(Corpore combiberet venenum
(statuta · promptior sc. ad mortem.)

Deliberata morte ferocior
(fortibus · augusto · z · a · b)

Seuis liburnis: scilicet inuidens
(sc. regno · subtrahi · glorioso)

Priuata deduci superbo
(sed superba)

Non humilis mulier triumpho

q AEMONIE. Aemonia dicitur ab æmoue monte quem niuale merito appellauit quia est frigidissimus.

r MONSTRVM Nam res mõstruosa fuit quod mulier Cęsar m dictorem prius . deinde Marcum Anthonium tantos duces ita demollisset & in suam pene ditionẽ adduxisset.& ad tantum periculũ romanum imperium impulisset. Fuit etiam & pro monstro vt mulier omni luxui semper dedita . tamen magnam in morte fortitudinem ostenderet.

s NEC MVliebriter expauit ensem.non tanquam ense periret cleopatra . sed signat eam prestantem animi fuisse vt ensẽ quoq; timuerit.

t HEC latentis oras . hoc est n. fugit latentes idest intimas ęgypti regiones vt vires inde reparet.

v IACENTEM regiam . Quia iam occupatum erat regnum ab octauiano. ipsa tamen dissimulabat dolorem. & simulabat spem. vt persuaderet octauiano consiliũ de morte sibi consciscenda penitus abiecisse.nam sic illo nil tale suspicãte cõmodius rẽ peragere potuit.

x TRACTARE. q. irritare vt asperiores in se essent Vir.nec dum etiã gemios a tergo respicit angues.

y ATRVM. Nam que veneno pereunt turgescunt & nigrescunt Cicero.Si tumore & liuore decoratũ corpus est mortui significat eum veneno necatum.

z SEVIS liburnis. Apianus li. ii.scribit Illyriorum gentem liburnos esse de quibus multa in primo epodo.liburni autem vt etiam porphirio scribit dicuntur ad mortem paratissimi.

a SCILICET inuidens . Ordo est scilicet non humilis mulier inuidẽs priuata deduci supbo triũpho.
b INVIDENS. Cęsari augusto ne captiuitas sua illi speciorem faceret triumphum . Nam & Liuius refert Cleopatram cũ denduſtria ab augusto capta indulgentius tractaretur dicere solitam non triumphabor.

Argumentum odes.XXXVIII.

P Verum suũ alloquitur & elegantẽ ministrũ quẽ sibi mediocria iubet parare: negans ad voluptatem op⁹ esse magnifico apparatu & opimo. Perse aũt ob nimias diuitias in sũptuosissimis desitijs degere dicuntur.



Ode.XXXVIII. Ad puerum suum de parsimonia

c PERSICOS. Nimiũ luxuriosos & delitiosos vt persę consueuerunt. Quod & in multis locis. sed maxime in vita Alexandri ostenditur. qui quidem vehementer milites suos ostendit quod omissa seueritate macedonica persarum luxui se dedissent.

ego serue pompas
c
Persicos odi puer apparatus
non placent hoc est displicent corone operiosius facte
d
Displicent nexe philyra corone
di diligenter sequi loco
e
Mitte sectari rosa quo locorum
tarda morã trahat vltra alias
Sera moretur
cui nihil aliud adiungitur
f
Symplici imyrto. nihil ad labores
q. sine dolo familiarem
Sedulus curo: nec te ministrum
nam cũ modica re delectetur dominus. idem cõueniet seruo i. pãpinis densa i et vmbrosa
g
Dedecet myrtus: neque me sub arcta
Vite bibentem.

e ROSA sera moretur. Nam eã ipso suo tempore rosę nõ nisi in raris locis reperiuntur.

d PHyLyRA. Casus est ablatiui. Vnde Ouidi⁹. etiam li. v. fast. ait Ebrius incinctus philyra conuiuia capillos saltat. Philyra autem cortex est tylie siue membrana de qua coronę celebres a lemnissis instituebantur.

f SIMPLICI myrto. Sensus est nihil ad labores myrto applicare Ordo autem est Sedulus ego curo nihil ad labores. i. laborando addas simplici myrto.

g MyRTVS. Arbor est in littore maris abundans. & dicit a mari. Vnde a grecis myrene dicitur. Vel dicitur myrtus eo quod mire redolat.

Finit Primus liber Odarum.

Argumentum Prime odes Secundi Voluminis

PRima ode secundi voluminis hortatur poeta Asiniū pollionē tragediarum scriptorē: dū ciuiliū bellorū Cęsaris & magni historiam cōficit: seuere tragedię musam quiescere sinat. Ordinatis. n. publicis rebus poterit tragedię munus repetere. Laudat inde Asinium ipm a pietate / a prudentia / a dignitate & honore / ab eloquentię viribus. Ostendit postea bellorū ciuilium calamitatem. Dicit enim romano sanguine totum pene terrarum orbem repletum: postremo eius musam hortatur vt relicto lugubri cantu secū leuiora quęrat / qualia sane lyricos versus decuerint. Hoc dicit.



Prima Ode ad Pollionem

.i. tumultum
h

MOtum ex metello consule ciuicū
co q cesari negatus triumphus bellum fecere
i k l
Belliq̄ causas: & vitia et modos

h MOTVM ex metello. Ordo est o pollio. appositio insigne presidium mestis reis et consulenti curie. cui laurus triumpho dalmatico peperit eternos honores. tractas motum ciuicum ex metello consule belliq; causas & c. Motum autē ciuicum intellige pro cōmotione ciuili. cum scilicet Quinto metello lucio A franio consulibus nimia pompei potētia ciuibus immōuit inuidiam ita vt pompeium detractarent: preserum metellus ob minutū cretę triumphū. et catho qui aduersus potentes sp obliquus: detractabant pompeiū. actisq; obstrepebant. hinc dolor pōpeium ad presidia dignitati parandā impulit. quare orbis imperium societate trium principum occupatum est. Nā galliam Cęsar inuasit Crassus asiam. Pompeius hispaniam. que dominatio decem annos traxit vt lan⁹. L. florus edocuit

i BELLI causas. Que fuerint cause belli ciuilis vide ad longum. L. florū & Apianum li. ii. Et plutarchum in cesare.

k ET vitia. Cęsar enī nec ferebat parem. Nec pompeius superiorē vt florus scribit.

l Et modos. i. qb⁹ modis bellū gestū est īter cęsarē et pōpeiū.

m ARMA vncta. Solent eni arma vngi finito bello ad fugādum eruginē. per id autē ostendit bellū ciuile non penitus exhaustum.

n INCEDIS per ignes. Versatur poeta in genere deliberatiuo. cuius finis est vtilitas: que diuiditur in tutum & honestum. Qua propter a tuto arguit vt abstineat ab hystoria belli ciuilis ne ambulet p ignes cineri tectos et allegorice hoc dixit sicut ignem in cinere opertum. ita adhuc odia belli ciuilia sub specie pacis latere. Nec tutum esse ea scribere. cum offendimus amicos qui ea gesserint. Item ab honesto. cum honestum sit non refricare vulnera belli iam preteriti. Non eni renouāda discordiarum memoria sed penitus delenda est.

o SEVERE tragedie. quia & seuerissime res in tragedia tractātur & seuerus in illis stilus adhibetur infra in arte latius dicetur.

p CECROPIO cothurno. A cecrope rege atheniēsi qui primū tragedias scripsit vt ostendit horatius infra in arte.

q INSIGNE mestis. Sētentia est posse pollionem sua eloquentia: et in foro amicos defendere & in senatu optimum consilium in dicendis sententiis dare. Ergo publice & priuatem prodest. Erit ergo ordo o pollio insigne presidium reis & curie tu tractas motum ciuicū & reliqua.

r CVI laurus. Quo pacto triumphantes romani duces lauro coronarentur aurato curru per vrbem veherentur. latissime videto in epodo nono.

que ludibrio habet res humanas — noxias
Ludumq; fortune: grauesque
cesaris & pompei — m
Principum amicitias: & arma
purgatis
Nondum expiatis vncta cruoribus
periculum inferentis — ff
Periculose plenum opus alee
n — .i. odis
Tractas: & incedis per ignes
tectos — vt sensum rei insensate
Suppositos cineri doloso
mestis — o
Paulum seuere musa tragedie
statim
Desit theatris. mox vbi publicas
.i. vbi historias que publicas res continent — ff — nam grandis cōtinet tragedia
Res ordinaris: grande munus
atheniensi — calciamentum pedis est. — p
Cecropio repetes cothurno
excellens. — nam causidicus fuit — q
Insigne mestis presidium reis
.i. consiliū petenti
Et consulenti pollio curie:
.i. victoria que laurū meruit — r
Cui laurus eternos honores
s
Dalmatico peperit triumpho.
graui
Iam nunc minaci murmure cornuum
obtundis — nostras — personant — v
Perstringis aures: iam litui strepunt
veloces
Iam fulgor armorum fugaces
vt etiā homines terreret fulgor exercitus
Terret equos, equitumq; vultus
x
Audire magnos iam videor duces
nam decorū est victoribus cum aut puluere. aut cruore decorari sunt.
Non indecoro puluere sordidos
cesare
Et cuncta terrarum subacta
.i. constantem rigidum — p.n. — y
Preter atrocem animum Cathonis
quicunq; fuerit — amicitior — z
Iuno & deorum quisquis amitior
quam vlcisci nō potuit — a — tamq; victa discesserat
Afris. multa cesserat impotens
romanorum — posteri — b
Tellure: victorum nepotes

s DALMATICO triumpho. Asinius pollo orathor fuit & consularis. qui de dalmatis triumphauit. lxxxq; etatis sue anno in villa tusculana obiit vt tradit Eusebius.

t PERSTRINGIS aures. vt enī oculi nimia luce perstringuntur. sic aures nimio sonitu.

v IAM litui strepunt. quomodo differat lituum a tuba vide superius ode prima.

x AVDIRE videor. Magna pfecto laus scriptoris. qui ita animos legentium moueat. vt sibi pugne interesse & victores duces audire videatur qui clamore suo & commilitonibus audaciam & hostib⁹ terrorem iniiciat. Nam vt teste homero ostendunt qui de re militari scribunt non parua laus est in duce vti in prelio magna voce.

y ATROCEM animum. portius enim catho apud vticam elegit potius interire quam in hostiū potestatem incidere. de cuius morte dictum est ode. xii.

z IVNO & deorum. Sensus est Iuno & quicumq; alii dii carthaginensibus fauerant vltionem vaste aphrice ex posteris eorum qui eam vastarunt. Ordo autem est Iuno quisq; deorū amicior afris impotens cesserat.

a IMPOTENS. Quia rdactari non potuit.

b MEPOTES victorum. idest milites romanos nuper cesos in aphrica qui posteri sunt eorū qui superauerunt hannibalem.

c INFERIAS. Sunt eni inferię sacra que exhibentur defunctis. Erat aūt hoc de more apud antiquos vt si dux in acie cęsus esset qui capti essent ex hostibus ad illius tumulū tāquā hostię mactarentur.
d IVGVRTHE. idest hanibali. nā nomē p̄ noie sępe ponūt poetę.

e PINGVIOR. Nam pinguescit terra humanis cadaueribus quis ergo campus non est pinguior sanguine nostro. q. omnis campus est pinguior. Vir. Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro ęmathiam & latos hemi pinguescere campos.
f
AVDITVMQVE medis. De superiore ostendit sic enim intelligendum quis non campus sepulchris testatur impia prelia sonitūq; hesperie & c.

g QVIS gurges. Omnis aquarū congeries gurges est. & per tapinosim pro mari capitur. Virg. Apparent rari nantes in gurgite vasta.
h DAVNIE. A dauno rege apulie. Est autem daunia apulia. & ponitur hic pars pro toto. nam apulia ponitur pro italia.

Retulit inferias iugurthę
Quis non latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prelia
Testatur: auditumq; medis
Hesperie sonitum ruinę.
Quis gurges: aut que flumina lugubris
Ignara belli. quod mare daunię
Non decolauere cedes
Que caret ora cruore nostro.
Sed ne relictis musa procax iocis
Cęę retractes munera nenię
Mecum dyoneo sub antro
Quere modos leuiore plectro

i SED ne relictis. Hortatur poeta musam eius vt relicto lugubri cantu secum leuiora querat. Sēsus est. cum lyrico carmini aptiores iocī sūt procaciter egeris o musa si lugubria potius dioneo plectro modulata fueris quam veneria que leuioribus modulis aptātur. Ordo est. Sed tu o musa procax idest petulans que fines egressa tuos aliena inuadis quere mecum modos leuiore plectro idest carmina leuiori stilo facta sub antro dioneo sub antro veneris idest rebus lasciuiorib' & non grandibus. ne tu retractes munera nenie cee relictis iocis.

k CEE. Cęa teste Pli. li. iiii. insula est in mari egeo. Strabo etiam scribit vnam esse e cycladibus.
l NENIA. Lugubre carmen est quod in mortuos cantabatur Symonides autē lyricus poeta ex cęa insula adinuenit.

m PLECTRO. Pectinem latini dicunt Vir. iamq; eadem digitis iam pectine pulsat eburno. & est percussorium cythare.

Argumentum Odes Secunde

Salustium poeta a liberalitate & temperantia celebrat dicens latenti pecunie nullū esse splendorem honoremue aliquē: nisi quis ea temperate vtatur. Affert ad id proculeij exemplū: qui erga fratres fuit liberalissimus: Vnde dicit illū perpetua fama notū fore. asserit item late regnare illum solū q cunq; cupiditates seq; ipsum domuerit. Facit deinceps comparationem ab hydropico ad auarū: sicut enim hydrops bibendo plus sitit: ita nunq̄ satiat habendi sitis. Postremo inquit q̄ sapiēs nō appellat btm̄ illum qui diues aut rex fuerit: sed qui sine rerum cupiditate & auaritia vixerit. Hoc dicit.



t DVM res & etas hoc est dum est & vnde et dum per etatem hec decet facere. et dum fata permittūt viuere. et fila atra sororum patiuntur pro eo quod est dum ipse sorores patiuntur hoc est parce quorū fila sunt atra.

v FILLA atra. Propter mortē dixit atra. aliquando atra fila pro infoelici vita vt alba pro foelici. Iuue. & pelago postquā parce meliora benigna Densa manu ducūt hilares. & staminis albe lanifice quoniā aūt vita humana initiū habet progressum & finem. Hec tria per tres parcas antiqui notarūt harū noīa sunt Clotho. lachesis et Atropos. Clotho colū cū penso gestat vt sit ortus noster qui materiā viuendi prebet. Lachesis autem filū ex penso ducit id enim est tēpus illud quod ad viuēdū sortiti sumus. Tertia vero filum iam a lachesi ductū obtruncat. quia abrumpit vitam & mortem affert.

x DIVES ne. Ordo est. nil interest an diues natus fueris a prisco inacho an pauper et de gente infima moreris idest habites sub dio idest aere & sine domo victima scilicet eris nihil miserantis orci.

y INACHO. Inachum aūt pro nobilitate generis posuit. Rex enī argiuorum Inachus nobilissimus fuit a quo & fluuius quia in ipso mortuus est nomen accepit vnde & Vir. pro nobilitate. Et turno si prima domus repetatur origo inachus acrisiusq; pater.

familiares. iuuenilis
t Dum res & etas & sororum
emittunt nigra
v Fila trium patiuntur atra
migrabis a scilicet oibus diuitijs tuis bonis
Cedes coemptis saltibus & domo
turbidus vide in.li.i.ode.ij.
Villaq; flauus quam tyberis lauit
cōpositis vt forte tapetibus
Cedes & extructis in altum
vectur ergo nō tibi sed illi labores
Diuitijs potietur heres
nobili
x Diues ne prisco natus ab inacho y
differt humilis genere z
Nil interest an pauper & infima
aere
De gente sub dyo moreris
eris implacabilis
a Victima nil miserantis orci
compellimur.
Omnes eodem cogimur omnium
b in c ciuus
Versatur vrna serius ocius
p morte d
Sors exitura & nos in eternum
naui charonis
Exilium impositura cymbe.

z PAVPER duas fortune iniurias ponit. quas vulgus maximas putat & quod pauper sit & ignobilis.

a VICTIMA. Veluti victima que Plutoni mactatur. Seruius victimam esse ait que diis pro hostibus deuictis sacrificabatur. hostiā autem que sacrificatur cum sit contra hostes eundum. ergo victima gratias referimus pro beneficio accepto hostia vt illud accipiamus precamur tamen Ouidius ait victima quod dextra cecidit victrice vocatur hostibus a domitis hostia nomen habet.

b VERSATVR vrna. Ordo est. Sors omniū exitura serius vel ocius et nos impositura cymbe et delicet impositura est nos vt in eternum dirigat exilium.

c SERIVS vrna. Poetice.q. d. ex vrna sorte educta moriantur homines. Erat rome consuetudo propter infinitas pene causas vt omniū litigantium nomina in vrnam cōiicerent. & forte inde educerent. & quibus primo sortes euenirent illi prius audiebantur eorumq; lites decidebantur Iuue. Expectandus erit qui lites inchoet annis hoc nūc ad diuersa moriendi tempora retulit. Horatius.

d ETERNVM. Vltima syllaba abundat. ergo cum sequenti dictione alterius versus scandetur.

Argumentum odes.iiii

ERat phoceo phillis ancilla: quā certe amore psequebatur ait poeta id sibi non esse dedecori: Achilles. n. Brisaida: Aiax Tegmessam: Agamennō Cassandram captiuas etiā & ancillas adamarūt. Probat inde phillida quoq; regium genus vti illas habuisse moribusq; & forma nobilem. que omnia decori amatoribus potiusq; dedecori possint accedere. Hec dicit



Ode iiii. ad Phoceum de amore ancille.

ignominia

n Ne sit ancille tibi amor pudori
p.n. illius ad quē scribit superbum
o
Xanthię phoceu prius insolentem
p.n. digna amoris
g pulchritudine.
Serua briseis niuio colore
tantū virū
Mouit achilles.
et
Mouit aiacem thelamone natum
pulchritudo p.n. captiue quam
h amauit aiax
Forma captiue dominum tegmesse
i. agamennon.
Arsit atrides medio in triumpho
Virgine rapta
i. troiane.
Barbare postquam cecidere turmę
achillem intelligit interfectus
k
Thessalo victore & ademptus hector
i. morte sua abente imbecilliora
hoc commodū l
Tradidit fessis leuiora tolli
menia troiana
grecis
Pergama grajs.
pnescis o phoceu diuites
m
Nescias ante generum beati
Phyllidis flaue decorent parentes
parentes regios.
n
Regium certe genus & penates
plorat
o p
Meret iniquos
q
Crede non illam tibi de scelesta
amatam fidem seruantem
Plebe dilectam: neq; sic fidelem
abhorrentem pecuniam
Sic lucro auersam potuisse nasci
turpissima.
Matre pudenda
illius phillidis nō crassas
r
Brachia & vultum teretesq; suras
i. castus de me aliquid mali.
s ego
Integer laudo: fuge suspicari
festinauit
t
Cuius octauum trepidauit ętas
finire quadragesimū annū
Claudere lustrū.

e Ne sit ancille. Ne sit res amatoria & argumentum comicum in quo probat exemplo achillis non oportere pudere xanthium amoris ancillaris.

f ANCILLE. Ancilla serua. & teste Seruio dicitur ex arci antiqua prepositione quod circum significat. & cilio moueo vnde & forcil lę quod illis in area fruges moueantur & oscilla quod ore cillantur. i. moueant. sic ancillę quia circa dominum vt illi administrent crebro moueant. Festus tñ ancillas dictas vult ab anco rege quod is in bello magno fœminarū numerū cœperat. vel quod prisci anculare dicebant ministrare. ex quo dii deęq; coli dicuntur. quibus anculi & anculę nomina sunt.

g BRISEIS. ea quidē ab achille rapta fuit ex lyrnesso regia Mynetis ex theba vero Eetionis patris andromaches capta fuit Chriseis que sane agamennoni contigit. Ambe autem he vrbes in eo campo erāt. qui postea thebanus campus est appellatus is propter fertilitatē primo a mysiis ac lydis postea a grecis infestatus est. Erat autem in cilicia nā cilices in duos diuisi erant principatus alterum Eetionis alterū mynetis. Erantq; ista oppida lesbo opposita. quibus omnibus priamus imperabat quod achillis verba manifeste declarant vbi ait. Ante tuas floramus opes. spatiosaq; regna que fœlix pariter lesbos complectitur & que comprehendit phrygie tellus. ac hellespontus. Tunc quidē hec erant postea varia sunt mutationes consecute. Tota autem ora sub troianis in nouem principatus diuisa erat. & sub priamo in bello troiano constituta. & Troia appellata hec omnia ex Strabonis li. xiii.

h TEGMSSE. De hac Ouidius lib. iii. de arte meminit his verbis. Odimus & moestas. Tegmessam diligat aiax nos hilarem populum fœmina lœta capit.

i TVRNE. pars pro toto posita est. Turma enim ex triginta equitibus fiebat qui illis preerat decurio appellabatur.

k ET ademptus hector. Ordo est. Et hector adēptus tradidit pergama leuiora tolli a fessis graiis. Vnde & Vir. ait Decimum quos distulit hector in annum.

l FESTIS. Decēnali bello et grauibus preliis ab hectore editis.

m NESCIAS ANte. Potuisset phoceus respōdere poete non mirum esse. quod Achilles Briseida. Tegmessam aiax. agamennon cassandram captiuas & ancillas arserint. Ille enim regum filie fuerant. Suam vero phyllida humilē esse. Hinc ait poeta illā merere regium genus. moresq; generosos habere vt similem illis ostendat.

n PENATES. Sunt omnes dii qui domi coluntur. vt Seruius ait li. ii. æn.

o MOERET. Quod nihil ei profuerit. vt seruitutem vitaret tristis recordatione sui generis. vt Qualis populea moeret philomena sub vmbra.

p INIQVOS penates. i. deos in quorum custodia erat qui iniqui irritiq; illi sint quia in seruitutē abduci permiserunt.

q CREDE nō illā. Coniectura est eo quod solet esse nā que ex plebe sunt non solent iis moribus esse quibus est phillis. sed dicit eam poeta dilectam idest electam. neq; vere simile sit. quod ex matre pudēda idest ex matre impudica cuius filiam pudere deberet nata sit illa. et fidelis que fidem seruet in amore. & quod aduersa sit lucro & non pecunia corrupatur. Permulti enī refert quibus quisq; parentibus natus sit. & vbi educatus. vnde Iuue: scilicet expectas vt tradet mater honestos animosq; alios mores fuis vtile porro filiolā turpi vetule producere turpem.

r SVRAS. SVRA est posterior pars cruris. Est enim tibia os. Sura caro posterior. crus vero ex sura & tybia constat diciturq; crus. quia illo curramus. Est autē laus in muliere vt Sure minime turgescant. sed teretes sint.

s INTEGER laudo. Poeta remouet de se suspitionem. ne videatur proferre suum iudiciū de pulchritudine puellę corruptus eius amore. & vt ille omnem suspitionem amoueat non esse sibi de se suspicādum. quia cum ante virtutes laudarit integer pulchritudinē laudat presertim cum iam quadragenarius sit in qua etate cupiditates iam rationi cedunt.

Argumentum odes. V.

NEctanti lalagen puellam pulcherrimãq; sed innubilem viroq; immaturã Horatius scribit: illam iuuence comparans nondũ valenti thaurum sufferre. Cõsulit igit: illius citã adolescentiã expectare velit. tunc enim ꝑterua impudentiq; fronte virum vltro appetet. Credere attamẽ sibi ipsi potius id dicere. Superius enim de lalage inquit quod vbicũq; fuerit illam semper amabit. Hoc dicit



Ode. V. Non tentandas puellas innubiles

suppoſita · ꝑ ell. ꝑ coniugio · t · rua ipa iuuenca

Nondum subacta ferre iugũ valet

officia venerea · v · viri sibi adherẽtis.

Ceruice nondum munia cõparis

pari effectu ferre · viri ꝑ all.

Aequare nec tauri ruentis

In venerem tolerare pondus:

x

Circa virentis est animus tuę

.i. puelle

Campos iuuencę nunc fluuijs grauem

r. creantis · irrigua y

Solantis ęstum nunc in hudo

cum pueris. · z

Ludere cum vitulis salicto

desiderantis · a · b

Pręgestientis tolle cupidinem

.i. immature puelle

Immitis vuę: iam tibi liuidos

diuidet variabit. · c

Distinguet autumnus racemos

.i. nigranti rose similis

Purpureo varius colore

d · robustos

Iam te sequetur: curret enim ferox

adolescentia

Aetas: & illi quos tibi dempserit

t NON dum subacta. Rem turpiusculã allegoria honesta admonetq; sodalem ne eam que adhuc viri potens nõ sit tangat. per comparationem iuuence que nondum thaurum ferre queat.

v MVNIA .i. Munera. Munus singularem numerum habet. & significat donum vel officium. Munia autem officia solum & maxime que publice prestantur hinc immunes dicunt qui vel etate vel alio priuilegio prestare munia non tenentur neq; singularem habet hoc nomen neq; in plurali aliter cadit.

x CIRCA virẽtis. Ordo est. Nũc est animus tue iuuence solãtis grauem estum fluuiis circa virentes cãpos nũc est animus tue iuuence ludere cum vitulis in vdo salicto.

y VDO. Quia salicta prata irrigua & flumini vicini adamant.

z SALICTO. Locum significat salicibus consertum salices autem dicuntur a saliendo. quia saliunt idest breui surgunt & crescũt. cum autẽ a quercu dicamus quercetum. a pinu pinetum. ab esculo esculetum sic a salice debet etiã esse salicetum. sed per syncopam salictum proferimus.

a PREGESTIENTIS. Vehemẽter cupientis. gestire enim est cum rem adeo vehementer cupimus vt corporis gestus id exprimentes cõtinere non valeamus.

b TOLLE cupidinem. Transit in allegoriam immature vue cõparans viriditatem adhuc puelle virginitati.

c RACEMOS. Racemus botrionis pars vt Seruius docet.

d IAM te sequetur. Que te nunc acerbitate etatis refugit. paulo post matura vltro petet te.

e PROTEVA fronte. In fronte dicunt esse pudorem. pudori frontem dedicatam esse volunt. ergo proterua fronte idest petulanti vt ostendat illam iam pudorem abiecisse. ecõtra de didone. vir. iñ breuiter dido vultum demissa profatur.

f PHOLOE. De hac li.i. ode vero.xxxiii. etiam dixit cyrus in aperã declinat pholoen sed prius apulis iungentur capreę lupis. Quam turpi pholoe peccet adultero.

g VT pura. Comparatio perpulchra. quemadmodum luna pura idest nulla nube impedita resplendet in mari nocturno idest ipsa nocturno tempore resplendet in ma

impudenti
e
Apponet annos: iam proterua

p.n amice
Fronte petet lalage maritum
ab oibus tantum

f
Dilecta quantum non pholoe fugax
formose puelle nomen

Non cloris albo sic humero nitens.
sicut resplendet
g
Vt pura nocturno renidet
ex gnydo insula p.n. pueri pulcherrimi

Luna mari: gnydiusq̧ gyges
puerum gygem.
h
Quem si puellarum intersis choro
.i. recipere .i. peregrinos quibus ante non cognitus esset

Mitte sagaces falleret hospites
.i. incognita differentia inconsio

Discrimen obscurum solutis
an sit puella an puer esset.

Crinibus ambiguoq̧ vultu

ri. nam si in aqua limpida trãquillaq̧ lunam conspicias splendida omnino apparet. possumus etiam per hyppalogen proferre. mare renidet luna nocturna. nam ex eius lumine repercussum vehementer splendet.

h QVEM si. Sensus est. Si tu ad misceas puellis aut canentibus: aut saltantibus falleret non nos ciues qui illum cognoscimus. sed hospites qui quoniam peregrini sunt nõ hactenus viderunt. nunc autem cũ tanta illi viginea facie simitudo cũ puellis sit poterit haberi sagax idest solers & acutus ad inuestigãdũ situ

Argumentum odes. VI.

SEptimio amicissimo suo poeta scribens: ait secum in vltimas etiam & asperrimas orbis oras iturum esse quod sane maximam eius beniuolentiam arguit. Optat inde tibur senecte sedes haberi possit. quod si parce non dederint petet inquit Tarentum cuius quidem regio sibi preter omnes arridet. Abundat enim melle. vino. oleo & temperie summa. Hortatur itaq̧ Septimium vt velit eo secum pergere. Vbi defuncto sibi valeat debitas emittere lachrimas. Hoc dicit.



Ode. VI ad Septimiũ de Tybure & Tharento

Septimi gades aditure mecum: &
Cantabrum indoctũ iuga ferre nr̃a: &
Barbaras syrtes: vbi maura semper
Aestuat vnda
Tybur argeo positum colono
Sit meę sedes vtinam senectę
Sit modus lasso maris & viarum
Militięq;
Vnde si prohibent parcę iniquę:
Dulce pellitis ouibus galesi
Flumen & regnata petam laconi
Rura phalanto
Ille terrarum mihi preter omnis
Angulus ridet. vbi non hymeto
Mella decedunt: viridiq; certat
Bacca venafro
Ver vbi longum tepidasq; prebet
Iuppiter brumas: & amicus aulon
Fertilis bacho miuimumq; falernis
Inuidet vuis
Ille te mecum locus & beate
Postulant arces ibi tu calentem
Debita sparges lachrima fauillam
Vatis amici.

i GADES. Insulę sunt hispanię in vltima parte oceani.

k CANTABRVM. Cantabri populi sunt in hispania taroconensi ad oceanum vt docet ptolomeus li. ii. Eos autem & vicinas illis gentes quę latrocinia retinebant Augustus oppressit. vt scribit Strabo libro. iii.

l MAVRA vnda. Quia sunt in mari mauritano.

m AESTVAT. Quia assidua reuolutione harenarum veluti feruens exundat.

n TIBVR argeo. Quod condidit tiburtus argius vi. supra ode. ii. vi. li.

o SIT modus lasso. Ordo est. lasso mihi sit modus maris. viarum & militię.

p GALESVS. Vt dixit Liuius li. v. de secundo bello punico. calabrie flumen. est tarento proximum per quinq; milia passuum. Et Plinius li. viii. scribit Tarentinas oues fuluas esse

q PHALANTO. Hoc duce lacones Tarentum appellinis oraculo condiderunt de quo multa Strabo li. vi.

r HyMETVS. Mons est nobilis in attica qui mel gignit optimũ vt Strabo ait li. ix. Qui etiam li. vi. scribit Tarentinam oram fructuũ bonitate precellentem. nam & mel eius & vellero vehemẽter laudant.

s VIRIDIQVE certat. Sententia est: quod oliuę hui⁹ agri equipeźri possũt iis quę oriunt in venaphro.

t VENAFRO viridi. idest oleo venafrano. nam laudes habet olei totus venefranus ager. maxime planis finitimus aruis. Auctor est Strabo li. v. de campania loquens.

v Ver vbi longum. Ver non spacium trium mensium. sed dicit longum. quia & in hyeme tale temperamentum aeris est. quale solet esse in vere. vnde addit tepidas hyemes

x Et amicus aulon. Ordo est. & aulon fertilis amicus bacho.

y AVLON. Locus est cõtra tarentinam regionẽ ferax optimi vini vt porphirio inquit.

z IBI tu calentem. Ordo est. ibi sparges tu calentem fauillam vatis amici debita lachrima. Antiquorum enim mos erat mortuorum cadauera concremare. ideo dcunti fauillam dixit.

a FAVILLAM. Cinerem extinctum dicimus. scintillã accensam.

Argumentum odes. VII.

AD pompilium varum scribit gaudens eius in patriam reditum: quem commilitionem sibi in castris bruti & cassij fuisse commemorat: et belli ciuilis euasisse pericula Augusto victore: qua gratia liberius se conuiuium exhibere promittit. Hoc dicit.



Ode. VII. ad Pompilium sodalem & commilitonē

b O SEPE. Est autem ordo. O pompei prime meorum sodaliū sepe mecum in vltimum tempus deducte Bruto militię duce quis dis patriis & italo celo redonauit te quiritem. cum quo sepe mero fregi diem morantem coronatus capillos nitentes sirio malobathro.

c CORONATVS capillos. per synedochen. q.d. habens coronatos capillos. vt oculos suffusa nitentes.

d MALOBATHRO. Malobathrum vnguenti speciem esse scimus.

e PHILIPPOS. Philippi campi thessalici sunt dicti: regio equis ami ca: et in his primo a cesare et a pompeio. deinde ab octauiano antonioque atque cleopatra. & a bruto & cassio pugnatum est. Vir. Ergo inter sese paribus concurrere telis: Romanas acies iterum videre philippi.

O Sepe mecum tempus in vltimū
Deducte bruto militię duce
Quis te redonauit quiritem
Dijs patrijs: italoque celo
Pompili meorum prime sodalium
Cum quo morantem sepe diem mero
Fregi coronatus nitentes
Malobathro syrio capillos
Tecum philippos: & celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula
Cum fracta virtus & minaces turmę
Turpe solum tetigere mento:
Sed me per hostes mercurius celer
Denso pauentem sustulit aere

f PARMVLA. Diminutiuum a parma hec autem breue scutum est quo pedites vtebantur. Virgil. Parmaque inglorius alba.

g MINACES. Propterea turpe pro turpiter ceciderunt: quia minaces erant. nam turpe est homini vinci. cum minatus fuerit. vel dicam turpe solum idest cruore fœdatū.

h SED me per. Iucunde se dixit a Mercurio liberatum. vel quod furtim fugisset & celerem ostenderet fugam. vel quod poetę ad mercurium spectare dicuntur.

i TE rursus. Ordo est. Te rursus in bellum tulit vnda sorbens fretis estuosis. i. mentis furor.
k LATVS. Totum corpus intelligit. sed defatigatio maxime in latere sentitur.
l Cadis vi. ode xxx. v. li. i.

m MASSICO. A monte campanie de quo. i. ode. li. i.
n CIBORIA. i. pocula nam proprie sunt folia colocasie. in quorũ similitudinem pocula facta eodẽ nomine appellantur Auctor est porphirio.

o CONCHIS. Piscium testis in quibus vngenta seruabantur.
p VDO apio. i. viridi vel quod in aquosis locis nascitur.

q VENVS. Talorum iactum significat. Talus enim sex laterũ erat in quibus canis afferebat iacturam. erat enim vnius puncti vt scribit pollux. Venus et senio lucrum.

iterum
i
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit estuosis.
debitam conuiuium
Ergo obligatam redde ioui dapem
de artigatum k
Longaq3 fessum militia latus
intelligendũ apud poete domum laurũ fuisse
Depone sub lauro mea: nec
i. vasis vinarijs
l deputatis
Parce cadis tibi destinatis.
quia illud vinũ curarũ obliuionẽ inducit.
polita m
Obliuioso leuia massico
bibendo euacua ampli
n
Ciboria exple: funde capacibus
interrogat cũ exhortatõe
o p
Vngenta de conchis? quis vdo
i. valde pperare
s. a nobis
Deproperare apio coronas
scz nobis pter venerem dicit i. dominum
p vel q
Curat ve myrto, quem venus arbitrum
constituet. modestius imo
veque modeste
Dicet bibendi. non ego sanius
illis populis. ad hospicium.
r
Bachabor edonis recepto
vehementer letari
Duce mihi furere est amico

Persius. Quid dexter senso feret scire erat in voto damnosa canicula quãtum raderet. Augustus preterea scribit. Talis iactis vt quisq3 canem aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios cõferebat in medium. quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat. pro pertius. Me quoq3 per talos venerẽ querente secundos semper damnosi subsiliere canes. Qui iactus sex continebat senio dicebatur. Qui vero vnum canis. Acron autem scribit quod veneris iactus in talis habebat tricenariũ numerum Plautus in asinaria. hoc venereum est. pueri plaudite & mih obiactum cantharo mulsum date.

r EDONIS. Edoni thracię populi sunt accolentes hebrũ fluuiũ vt scribit plinius li. iiii. Quod autẽ thraces vino bachentur ode. xxvii ostendit his verbis natis in vsum letitie scyphis pugnare thracũ est.

Argumentum odes. VIII.

Barynem meretricem periuram poeta alloquitur. non enim vota persoluerat nec pacta sibi seruauerat. Dicit aũt si poena aliq̃ vel etiã minima propter ipsa periuria afficeretur: crederet deos esse vel illos curare mortalia. At vbi periurijs pulchrior efficitur. Maternos cineres & signa cum toto celo deosq3 ipos expedit fallere. quippe periuria omnia Venus nymphe & cupido rident. Hinc & ei amatorum numerus passim affluit. Hoc dicit.



Ode .VIII. Ad Barinem meretricē De periurio.

s VLLA si iuris. Scęnicum principium in barinem meretricem. intelligitur enim per hanc inuectionem aliquos precessisse sermones quibus noctem sibi eadem barina iureiurando ꝓmiserit. dehinc post quam fefellit eum in hęc verba velut amantem erupisse.

t IRIS peierati. Peierare est iusiurandum rumpere. & fit ex per et iuro. sed .v. in .e. mutatur & subtrahitur in verbo. in nomine autem manet. nam dicimus periurium. & non peierium.

v PVBLICA CVra. Publicus amor. nam omnes tuo amore ardent. ostēdit autem in hoc loco naturam amantium. qui quanto infoeliciores sibi res suam in amore & quanto magis decipiuntur. tanto sibi quā amant pulchrior videt.

x OPERTOS. Vrna conditos. Erat autē hoc apud priscos haud contemnendum iusiurandū. Vir. Per patrios cineres per spes surgentis iuli.

y ET signa ta. noc. More oratorio tendit ad grauiora. Non enim solum fallit mortales scilicet matrē sed et celestia. quoniam ipsa sidera sed deniq; ipsos immortales deos.

z SIGNA. Omēs imagines ex pluribus stellis configuratas signa appellant. precipue illa. xii. signa que in zodiaco sunt. Refert autem Plinius septuagita duorum signorū cognitionē habere astrologos in quibus sunt millesexcente stelle. Signa autem taciturna dixit ꝓpter lunam & sydera interdiu latentia quę noctis signa dicuntur. quoniā in ea apparent. interdiu autem tacere dicuntur cum nō appareant. vnde & luna silens vel tacita dicitur cum non lucet. vel dicas taciturna signa noctis pro taciturnę noctis nox enim tacita dicitur. quia tunc pene omnia tacere solēt hinc Oui. li. i. tristium inquit. iamq; quiescebant voces hominumq; canumq; Lunaq; nocturnos alta regebat equos. quod autem per sydera etiā iurarent li. xii. æn. Virg. ostendit his verbis hęc eadem ænea terrā mare sydera iuro.

iurandi non obseruati

Vla si iuris tibi peierati

Poena barine nocuisset vnquam

q. d. si minima parte corporis fieres turpior credentem. &c.

Dente si nigro fieres vel vno

deformior

Turpior vngui

deos cuiarę humana — postquam — tuo visu

Crederem: sed tu simul obligasti

ad vota reddenda — quin potius splendes

Perfidum votis caput: enitescis

amatorum — ex his

Pulchrior multo: iuuenumq; prodis

omnes. n. te appetū

Publica cura

vtile est

Expedit matris cineres opertos

i. lunam et sydera

Fallere: & toto taciturna noctis

i. sydera — ab effectu — deos

Signa cum celo: gelidaq; diuos

Morte carentes

asseuero — que amantibus facilis est

Ridet hoc inquam venus ipsa rident

Simplices nymphe ferus & cupido

Semper ardentes acuens sagittas

Cote cruenta.

iuuentus.

Adde quod pubes tibi crescit omnis

turba seruorum

Seruitus crescit noua nec priores

quia periuram

Impię tectum domine relinquunt

Sepe minaci.

meretricem — ne vocentur a meretrice — adolescentibus

barinem.

Te suis matres metuunt iuuencis

auari

Te senes parci: miserecq; nuper

Virgines nupte: tua ne retardet

splendor

Aura maritos.

a FERVS & cupido. NVmen cupidinis demōstrat immite et implacabile. & quod ignoscere nesciret nisi voluntatem veneris & iudicium sequetur. vt Virgil. Iamq; ibat dicto parens et dena cupido.

b SEMPER ardentes sagit. Propertius item de cupidine. Et merito hamatis manus est armata sagittis. & pharetra ex humero gnosia vtroq; iacet Ante ferit quoniam tuti quā cernimus hostem. Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Ardentes autem sagittas dixit poeta propter faces quas etiam cum sagittis habet nam ex immensa sollicitudine amatorum corda ardere videntur.

c COTE cruenta. Idest sagittas cruētas acuit cote. vel dixit cruentā cotem. q. aspersam sanguine sagittarum que in ea acuuntur. Cotem autem speciem lapidis dicūt in qua ferrum acuitur. ipse alibi fungar vice cotis acutum reddere quę ferrū valet expers ipsa secandi.

d ADDE. Adiunge his que tibi creuerunt ex periurio.

e OMNIS. tibi crescit. q. d. omnes qui crescunt et crescendo in etatem veniunt amori aptam tui futuri sunt. neq; exemplo eorum quos lusisti deterrentur.

f SEPE minaci. Ostendit quantum ab amatoribus diligatur. nā cum eis etiam minax esset & aspera. attamen eam relinquere non poterant.

g TE suis ma. Exaggerat quanta sit amatorū turba. cum ipsa petatur. & a tenellis qui adhuc in materna potius quā paterna potestate sint. idcirco appellat iuuēcos. q. qui adhuc matrem sequantur.

h TE senes parci. Metuebāt ergo potissimum diuitiis suis.

i MISEREQVE nuper vir. Zelotopia mouetur que maxime torquet nouas nuptas. que nuper asfuetę amori perdite amant. & ob hoc misere.

Argumentum odes.ix.

OBierat valgio puer clarissim⁹:vñ plus eq̄ dolore afficiebatꝰ. Hinc Horati⁹ eũ solari cupiẽs ꝑ simi litudines:inqt nõ sp manare pluuias:nõ semp in mari ꝓcellas esse:nõ semp esse in armenia gla ciem:nõ sp aqlonibus vexari siluas.hoc est nõ semp in reb⁹ esse ꝑturbatões & aduersa : ipe tñ cõtinue sibi puerũ ademptũ lachrimabatꝰ nulla quiete habita:Et cũ nestor Antilochũ filiũ apud troiã extinctũ nõ ois sue vite ãnos plorauerit. Nec etiá Troilũ parentes sororesq; fleuerint sp. Debet etiã ipe multo magis abstinere a q̄relis. Augustiq; cesaris nouã medorũ victoriã vna secũ decantare. Hoc dicit.



Ode.ix.ad Ualgium de fletu Miste pueri

k NON semper. Demõstrat hac ode nõ semper lugendum esse. sed omnium rerum fieri vicissitudinẽ non enim semper imbres & c.
l MARE caspiũ.id ad mare septe trionem est vt Strabo docet lib. xi. qui etiam li.v.ait mare caspium a plerisq; vocari hircanum.

m PROCELLE iequales.quia vndatim irruunt. est autem procel la secundum Seruium aqua vento admixta . Plinius autẽ dicit esse re pentinos flatus.qui exhalantes eter ra gignunt ventos qui maiore illa ti põdere incursusq; si late sicca ru perint nubem procellam gignunt que grece cenephias dicitur hic ce pit pro vehementiori vento.

n ARMENIIS in oris. Arme nia maior est & minor . est autem ad septẽtrionem. de qua legito pto lomeum.li.v.Et Strabo li.xi.
o AQVILONIBVS.Hic ven tus a vehementissimo volatu in star aquile appellatur.

de inultos
k
NOn sp imbres nubibus hispidos
ꝓsiliunt nec semper species ꝑ
erumpunt l genere
Manant in agros: aut mare caspiũ
irruunt .i.asperrimi venti
& tempestates m
Vexant inequales procelle.
semper
n
Vsq; nec armenijs in oris
hic incipit ordo horret inertes reddẽs
.p.n.
Amice valgi stat glacies iners
species ꝑ genere
o
Menses per omnes aut aquilonibus
loca quercubus conserta vrgentur
p
Querceta gargani laborant
priuantur speciẽ ꝑ genere posuit
q
Et folijs viduantur orni
valgie fatigas .i.luctuosis versibus
Tu semper vrges flebilibus modis
p n.pueri mortuum r
Mysten ademptum : nec tibi vespero
i. in occasu recedunt
apparente
Surgente decedunt amores
.i.mane ipso
Nec rapidum fugiente solem.

p GARGANI. Garganus pro montorium est prope apuliam ad stadia . ccc. protendens in pelagus orientem prospectans vt Strabo ait lib.vi.

q ORNI.Pro quibuscumq; ar boribus posuit de ornis plura leg to ode.ix.lib.i.

r VESPERO.plinius li.ii.c.viii. de venere ait . quod hec stella cum solem precedit lucifer dicitur & an te ortum solis appaŕet in oriente. cum subsequitur.hesper & vesper & hesperus vesperusq; appellatur videturq; in occasu statim postq̄ sol occidit.primusq; pithagoras eã dem esse stellã deprehendat hespe rum & luciferum in lucifero colo re gaudentem. in hespero fulgentẽ videmus.nunquam a sole longius gradibus quadraginta sex discedit Genitalis roscida prospera & salu taris est.

positus ergo magis colendum.
At non ter euo functus amabilem
fleuit
Plorauit omnes antilochum senex
imberbem.
Annos: nec impubem parentes
cassandra polixena
p.n. et creusa vxor enee
Troilum aut phrigie sorores
nō ad virū pertinentiū
Fleuere semper. desine mollium
post eturumś luctū a i. magna.
Tandem querelarum: & potius noua
lyricis carminibus
Cantemus augusti trophea
Cesaris. & rigidum nyphaten
i. in numerū victa
rum gentiū accessisse
Medumq; flumen gentibus additum
aquas
Victis: minores voluere vortices
constitutum terminum
Intraq; prescriptum gelonos
a cesare terminatis.
i. vagari
Exiguis equitare campis.

AT non. Ostenderat fieri mutationē in rebus naturalibus. nūc idem probat hominum exemplis. t TER euo functus. Periphrasis est nestoris. qui apud Ouidium inquit. vixi annos bis centum. nunc tertia viuitur etas. v ANTILOCHVM. Hic filius nestoris ex euridice fuit ab hectore in prelio cesus. Ouidius. i. li. episto. Siue quis antilochum narrabat ab hectore victum. Antilochus nostri causa timoris erat. x IMPVBEM. Erat enim lugēdus. & quia filius. & quia bonus filius. & quia adolescens. cum illa etas etiam externas lachrimas excutere possit. & tamen luctui imposuit modum. ergo & te idem facere decet. cum amiseris nō filium sed seruum. y TROILVM. Is priami filius qui puer adhuc ab achille i pugna cesus est. Vir. Parte alia fugiēs amissis troilus armis. infoelix puer atq; impar congressus achilli. z DESINE mollium que. idest a mollibus querelis cōstructio greca. & poetis potius quam ceteris scriptoribus concessa. a ET potius can. q. d. melius remoto luctu. cesaris facta cantem⁹ b TROPHEA augusti. Scribit Suetonius. quod parthi quoq; augusto & armeniā vendicanti facile cesserūt & signa militaria que M. Crasso & M. antonio ademerant reposcenti reddiderunt. obsidesq; insuper obtulerunt. Scythas quoq; pellexit ad amicitiā suā populi romani vltro per legatos petendam c NYPHATEN. nyphates mōs est in armenia Masio mōti oriente versus iminens vt Strabo li. xi. docuit. Poete autē dant quodāmodo sensum fluminibus. vt se victos fateantur. Virg. Euphrates ibat iam mollior vndis. & alibi. Pontem indignatus araxes. d MEDVMQVE flumen. Euphraten indorum amnem vult intelligi. Ordo autem est. cantemus medum flumen voluere minores vortices additum victis gentibus. e VORTICES. Vortex aqua in se retorta. vel quicquid similiter vertitur. inde propter flexum capillorum pars summa capitis. id fabius li. viii. docet. f INTRAQVE prescriptū. Augustus eni fines gelonis statuit. quos victi egredi non auderent. sed prescriptis limitibus tenerentē. cū ante vbi libuisset excurrent. g GELONOS. Geloni vt Solinus scribit populi sunt in scythia. qui de hostium cutibus & sibi indumenta faciunt. & equis suis tegmina.

Argumentum odes Decime

Lycinio poeta scribit hortans eum ad temperantiam & mediocritatem. nam qui summa petunt multis ac varijs casibus opponuntur: & inde grauius decidūt. Qui vero infima tenent: ignaui semper habentur: & nullius sunt precij. ad illud etiam exhortatur ne scq; desperet meliora lapsis. neue confidat nimium secundis. est enim omnium rerum vicissitudo vt & Therentius scribit. Hoc dicit.



O de.x.ad lycinium de mediocritate

R Ectius viues lycini neq; altum
Semper vrgendo: ne dū procellas
Cautus horrescis nimium premendo
Littus iniquum
Auream quisq; mediocritatem.
Diligit tutus caret obsoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda
Sobrius aula
Sepius ventis agitatur ingens
Pinus: & celse grauiore casu
Decidunt turres: feriuntq; summos
Fulgura mōtes
Sperat in festis metuit secundis
Alteram sortem bene preparatum
Pectus informes hyemes reducit
Iupiter idem
Submouet non si male nunc & olim
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat musam neq; semper arcum
Tendit apollo:
Rebus angustis animosus atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela:

(Interlinear glosses: felicius .i.pelagus; instanter petendo; casus arduos & pericula; qui cupis esse cautus; ppter vada & saxa nautis periculosum; .i.felicem & pulcherrimam; mediū inter extrema; securus; inquinari & polluti; paupertate; .i.sublimi ex q inuidia oritur; temperatus; regia; magne; percutiunt; aduersis; fortunā bonam aut malam; instructum; turpissimas tempestates.bonorū aūt & malorū viacissitudines ostendit; aer; abducit; in futurū; quondoq;; vt feriat; in difficilibus plenus aio.i.fortitudine; obtempera; supprimes; pspero; inflata)

h RECTIVS viues. Ordo est.o lycini rectius viues neq; semper vrgendo altum. neq; nimiū premendo littus iniquum.dū cautus horrescis procellas.

i AVREAM MEdiocritatem. Philosophus li iiii.politicorū scribit.quod in omni ciuitate sunt tres spetics hominum. Diuites.pauperes. & mediocres.inter quos optimi sunt mediocres. quia medium semper est optimum.

k TVTVS. Philosophus idem li.iiii. politicorū scribit mediocres ciues magis saluari quoniam nec insidias patiunturt. nec fraudes faciunt. vt alii qua propter sine periculo viuunt.ibidē quoq; ait.quantomagis aliquid accedit ad mediū tanto melius quantomagis distat a medio tanto peius.& li.ii.ethicorum ait.quod exuperatio & defectio bonum ipsum corrumpunt. mediocritas vero cōseruat.

l SEPIVS VEntis. Metaphora ab arboribus & edificiis tanquā maiora & in alto posita periculis semper subiacere & casibus vt Iuuenalis numerosa parabat excelse turris tabulata vnde altior esset casus. & impulse preceps immane ruine. Et alludit ad illud Ouidii. Summa petit liuor. perflant altissima venti. Summa petunt dextra fulmina missa iouis.

m SPERAT i festis. Ostēdit poeta oportere animum sapientis ita se habere vt in mediocritate se cōtinens. & rebus secundis aduersas & aduersis secundas euenire posse arbitretur. vt nihil illum incautū improuidumq; opprimat.sed aduersus omnes suos ictus armatū fortuna inueniat.

n SVBMOVET. dat diuinitatis exempla.& primo per imitationes temporum per que sperare in aduersis semper fortes esse debeamus.quemadmodum enim Iupiter qui aer est; non semper inducit hyemes. sed post illas infert mitia tempora.sic & appollo non semp arcu ferit. sed illo posito demulcetur lyra.

o REBVS angu. Conclusio aurea.& ex intima veraq; philosophia prompta. Nam foelices nunquam in vita erimus.nisi nature que paruis minimisq; contenta est obtemperemus. Deinde res angustas & difficiles forti et inuicto animo perferamus.& secundis nullo pacto efferamur neq; itumescam⁹:

p SAPIENTER idem con. vē: dicit si vela turgent nimis secundo vento contrahe.ne nimis inflentur Carmen omnino dignum tanto poeta. in quo cum grauissima & ad mores emendandos aprime vtilia proferat.tamen suis methaphoris atq; exemplis tristem grauitatē multa iocunditate exhilarat.

Argumentum odes.xi.

QVintum hirpinū aliena qrenda minime esse admonet. suadet etiā victus & gaze eū sollicitum esse non debere. Cū paucis natura cōtenta sit. Inuitat hinc illū ad letiorem cōmodioremq̧ vitā dum iuuenis est: superueniet namq̧ senectus voluptatum immunis & expers. Hoc dicit.



Ode.xi.ad Quintium hypinum de leta vita

a QVID bellicosus. Suadet hirpino. vt omittat futurorum curā. presertim earum rerum que longa absunt. & vite breui indulgeat. & vt superior oda a stoica secta proficiscebatur. nunc contra epicureā redolet cupit enim volumen varietate carminis distinguere atq̧ illustrare.
b CANTHABER & scythes. de canthabris & scythiis dictū est in superioribus. ode quinta.ii.lib. & ode.xix.i.lib.

c HADRIA obiecto. Hic hadria pro mari posuit masculino genere. & non neutro vt quidā aiūt Lucanus lib.v. sonat ionio vagus hadria ponto. De mari vero adriatico superius dictum est.
d POSCENTIS pauca. Natura enim paucis est contenta. Hinc Lucanus ait. Satis est populis fluuiusq̧ cereſq̧.
e FVGIT re.le.ui. Ouidius etiam li.iii. de arte inquit vtendum est ętate cito pede labitur ętas &c.
☞ f ARIDA canicie. Macrobi9 li.vii. scribit. Caniciem ex nimio humore fieri, quod phlegma vocatur nam ideo albi sunt cani. quia calorem humoris quo nutriuntur imitant. Latius tamen vide to ode.ix.

a b
QVid bellicosus cāthaber & scythes
p.n. illius ad quem scribit c
Hirpine quinti cogitet hadria
postponas l pulsacias.
Diuisus obiecto remittas
anxius sis
Querere: nec trepides in vsum
vite
d e
Poscentis gui pauca: fugit retro
lasciua pulchritudo
f sicca
Leuis iuuentas & decor: arida
fugante illa enim etas lasciuiam omnem excludit
Pellente lasciuos amores
senecta .i. mitem & quietum.
g
Canitię facilemq̧ somnum:
pulchritudo.
h
Non semper idem floribus est honor
qui maxime in vere nascuntur
i splendet
Vernis: neq̧ vno luna rubens nitet
.i. qui nō est par eternorum consiliorum
k
Vultu: quid eternis minorem
☞ maceras
Consilijs animum fatigas

g FACILEMQVE somnū Nequeūt enim senes dormire propter morborum molestiam. hinc ait Iuuenalis sat x circūsilit agmiē facto morborum omnię genus ille humero hic lumbis hic coxa debilis. ambos perdidit ille oculos. & luscis inuidet. Huius pallida labra cibum capiunt digitis alienis. iuuenibus autem facilis est somnus
h NON semper. Comparat floribus adolescentiam. ac iuuentam. sicuti enim illi paruo tempore vigent. sic ipsi iuuenes cito desinunt senectutis aduentu.
i NEQVE luna. Sensus est. neq̧ luna nitet vno vultu. sic etiam iuuenum vultus crescente ętate mutat. luna autē nunc pura videtur. nunc obscura & nigra nunc rubicunda pura serenitatem portendit. nigra pluuias. Rubicūda ventos auctor est Plinius. & poeta li.i. georgicorū

k QVID ęternis. Ordo est. quid fatigas animum minorem ęternis consilijs idest qui non est par eternorum consiliorum. non eni semper subsistit in corpore non minorem animum ad consilia. sed eternis consilijs minorem voluit intelligi idest infinitis & diuturnis.

l CVR non sub alta. Ordo est. cur dum licet non potamus sic temere iacentes sub alta vel platano. vel hac pinu. et rosa odorati canos capillos & vncti assyria nardo.

m CANOS odo. capil. Absoluta locutio canos capillos odorati. pro habentes odoratos capillos canos.

Ode.XVIII.Ad Faunum

a FAVNE nympharum. Fauni dei latinorum erant. quos in silvestribus locis traditum est solitos fari. quod farro scribit. Servius etiã docet faunos dictos a fando. idest vaticinando vnde & fatuos dicimus inconsiderate loquentes. de faunis autẽ poeta.li.i.g. ait. Et vos agrestum presentia numina fauni ferte simul faunique pedem. dicit autem fugientium. fugiũt enim nymphe suam petulantiam. vel respexit ad fabulam panis. in qua fingitur insectatus syringam nympham. que fugiens miseratione deorum in calamos conuersa est. ex quibus pan fistulam composuit.

b LARGA nec desunt. Ordo est Nec desunt veneris sodali larga vina in cratere.

c VINA cratere. Craterem veneris sodalem dixit quia sine cerere et bacho friget venus.

Faune nympharũ fugientiũ amator
Per meos fines & aprica rura
Lenis incedas, abeasque paruis
Aequus alumnis.
Si tener pleno cadit hędus anno
Larga nec desunt veneris sodali
Vina cratere, vetus ara multo
Fumat odore.
Ludit herboso pecus omne campo
Cum tibi nonę redeunt decembris
Festus in pratis vacat ocioso
Cum boue pardus.
Inter audaces lupus errat agnos
Spargit agrestes tibi silua frondes
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram

d VETVS ara. Ex hoc ostendit quod per multos annos sacrificiũ hoc institutum fuerat.

e LVDIT herboso. Id erat in numinis honorẽ vt etiam pecora gauderent & luderent. que sub eius tutela sunt.

f PARDVS. Sunt pardi panthe rarum mares. panthera autem & tigris macularum varietate spectãtur. suntque pantheris in cãdido breues macularum oculi. ferunt colorecarum mire sollicitari quadrupedes cũctas. sed capitis toruitate terreri. quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiũt Auctor est Pli.li.viii.

g GAVDET inuisam. Sensus est quod in faunalibus agricole saltationem adhibeant. vt omnis pars corporis leticiam exprimat.

Argumentum odes.XIX

Thelephum poetam grecum familiaremque suũ cũ ioco arguit: is.n. grecorũ historias referebat horatio: cum tempus posceret conuiuij potius necessaria tractare: hortatur inde puerum suum: pocula preparere: assintque tibię cum lyra & fistula. Hoc dicit per totam odam.



Ode.xix.ad Telephum.

differt.vel rege vel virtute.
h
Quantum distet ab inacho
i p.n.regis
Codrus ꝓ patria nõ timidus mori
o thelophe familiam
historiam h illius viri
Narras:& genus eaci.
participium sine verbi origine
l
Et pugnata sacro bella sub ilio.
vecchio vino optimo.superius dictum est.
Quo chium precio cadum
.i.emamus repefaciat.est enim aqua
teppida remediũ ebrietati
Mercemur. quis aquã temperet ignib⁹
ex nostris hospitibus .s.hora
scʒ hospitale
Quo prebente domum.& quota
quotta hora possim in meo domũ recipere
m vt illa eccetus possim vitare frigus.
Pelignis caream frigoribus:taces
loquitur tanquam in conuiuio sit
n
Da luue propere noue.
.i.bibamus in honorem medie noctis ꝛ auguris murene
Da noctis medie:da puer auguris
augurio pollebat murena
o
Murene.tribus aut nouem
.i.sine damno
Miscentur cyathis pocula commodis
vt nos poccesumus
Qui musas amat impares
ne inebrietur
Ternos ter cyathos attonitus petet
ꝓ ꝗlibet fanicola.
o tres scyathos
Vates:tris prohibet supra
litum ꝓpter ebrietatem
Rixarum metuens tangere gratia
quare nude finguntur gratie supra li.i.ode.iiij.dictum est.
Nudis iuncta sororibus
p
Insanire iuuat.cur berecynthie
spũs quia ex flatu sonitũ emittit tibia
q
Cessant flamina tibie:
quia quãdiu pendet sonum non habet
r
Cur pendet tacita fistula cum lyra
nihil agentes manus
pulsatẽni.
Parcentes ego dexteras
in mensa .s.
f t
Odi.sparge rosas.audiat inuidus
furibundum p.n.vicini
Dementem strepitum lycus:
ꝗ fore lyci amica est apta
v
Et vicina seni non abilis lyco

h INACHVS vide ad plenum ode tertia.li.ii. Inachus autem primus argiuorum rex qui regnauit annis.l.anno aũt mũdi.M.M.M.cc.xl.auctor est Eusebius.

i CODRVS.Fuit is atheniensiũ rex xvii.qui regnauit annis.xxi.anno mundi.MMM.cx.vt scribit eusebius . vtq; Iustinus li.ii.ait.Cum essent inter athenienses & dorienses simultatũ veteres offense. quas vindicaturi bello doriensis de euẽtu prelii oracula cõsuluerunt respõsum foreni regẽ atheniensiũ cecidissent cum ventũ esset in preliũ militibus ante omnia custodia regis atheniensis precipitur. Atheniensibus eodem tẽpore rex codrus erat qui & responsa dei & preceptis hostium cognitis permutato habitu pannosus sarmento collo gerens castra hostium ingredit̃. ibi in turba obsistencium a milite quem falce astu conulnerauerat interficitur. cognito regis corpore dorienses sine prelio discedunt. atq; ita atheniensis virtute ducis pro salute patrie se offerentis bello liberantur.

k GENVS eaci: Aecus fuit is iouis egineq; filius.genuit autem thelamonem.peleũ & phocũ . Ex peleo ac thetide achilles ortus.qui cũ agamẽnone ad troiam accessit.auctor in iis Diodorus li.v.

l SACRO ilio. A diis enĩ menia sibi cõstructa fuerant.vel ad imitationẽ homeri.qui sepe dicit sacrã troiam.

m PELIGNIS frigoribus.peligni ppli sunt marsis vicini.vt scribit strabo li. v. Sulmo aũt pelignorũ est mediteranea ciuitas vt docet li.iii.ptolo. Hic nasonẽ poetã nobilissimũ natũ dicũt.est aũt regio ꝓpter montes frigida.

n DA lunę. Hortat̃ puerũ ad parãda pocula.Ordo est puer da propere pocula noue lunę. da medie noctis da pocula murene auguris pocula miscentur tribus ciathis cõmodis aut nouẽ.Dicit autem lunę noue.i. lunę honorẽ.hoc ait quoniam solebant olim sumere pocula in deorum honorem.aut heroũ aut amicarũ hinc Martialis inquit neuia sex ciathis.septem iustina bibatur.omnis ab infuso numeretur amica phalerno.

o TRIBVS aut nouem. Gellius scribit varronem dixisse conuiuarum numerum oportere incipere a graciarum numero.& progredi ad musarũ idest proficisci a tribus & consistere in nouem. vt cũ paucissimi conuiuę sint. non paucio res sint ꝗ̃ tres.cum plurimi nõ plures ꝗ̃ nouem. Nam multos esse inquit non conuenit.quod turba plerumq; est turbulenta.

o TRIS prohibet supra. Ne si supra nouem addideris tres ebrius factus exurgas in lites.quę sunt gratię leticieq; contrarie Ideo gratię nude pinguntur veluti sine dolo . sine fraude.sine aliquo velamine.

p BERECINTHIE. Berecinthus vrbs phrigie . vnde & tibias phrigias dicit.que matris deum sacris adhiberi consueuerant.ad quarum cantus a conuiuantibus saltabatur. vt tympana vos buxusq; vocant berecinthia matris vel quia tibię ipsa inuentrix fuerit.

q FLAMINA.Quia ex flatu sonitum emittit. vnde tibias tubas & similia non pulsare sed inflare dicimus.Vir. Inflauit cum pugnis ebur tyrrhenus ad aram.

r FISTVLA.Hec e cannis vt plurimum fiebat Vir.Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula.ceterũ ex variis metallis etiã fiunt.vt sint tanquam cannales omnibus liquoribus peruie nam que crassiores & fictiles sunt tubulos appellant vt demonstrat vitruuius.
☞ f SPARGE rosas.Festinanti sibi festinãtẽ orationẽ accõmodat. & que in furẽte furorẽ sapiat. Nã & interrogatio & repeticio & dissolutio q colores tres rhetorici tres assũt hãc festinationem ex furenti cupiditate ꝓueniente ostẽdunt.huiuscemodi vehemẽtiã et alibi inuenies . & presertim apud virgilianã didonẽ cũ abeũte iam enea sic secũ querit̃ cuius in iciũ est.Proh iupiter ibit hic ait et vris illuserit aduena regnis . hoc enim eloquentis simul & sapientis scriptoris est . vt non modo concedentes sententias . sed genus quoq; dicendi naturę rei de qua agitur cõueniens accõmodet.
t AVDIAT lycus.Vicinus hilaritatis nostre strepitũ et inuidiã patiat̃ vt Vir.Fit strepitu tectis voces q; per ampla voluntant atria.
v NON abilis lyco. Vxor que se mi puella inabili coniuncta esset. vnde & zelum eius ostendit.dum inabilem dicit.

x SPISSA te. Ordo est. cloe tempestiua petit te nitidũ spissa coma & similem puro vespero Spissa quod est adolescentie. nam in graue scente etate non sunt densi capilli. quia caloris defectu caluescim⁹.

densa
ẽ
Spissa te nitidum coma:
quia non nubibus obfuscatur
Puro te similem telephe vespero
viripotens
Tempestiua petit cloe.
flexibilis
y p.n. amice.
Me lentus glycerẽ torre amor meẽ.

y LENTVS amor. Eleganter lẽtus amor. q. latens & occultus ac sine flamma vrit. Vel lentus idest diuturnus nam que lente pcedunt diu procedunt.

Argumentum odes. xx.

Erat insignis puer Nearchus apud mulierem quandam. Pyrrhus autem poete sodalis illum rapere destinarat. Admonet igitur horatius illam secum pugnaturam Victorieq; facultatem esse penes Nearchum puerum nam ille victor erit quem ipse voluerit. Laudat inde pueri formam. H.d.



Ode. xx. Ad Pyrrhum

a GETVLE CATulos. Leenẽ Amantem mulierem leenẽ habenti filios comparat. nam sicuti orba natis. leena fuerit. sic etiam mulier illa rapto sibi amato puero.
b TIBI preda cedat. Interrogatiue legendum, est enim sensus, vincesne tu an illa.

ammouere tentas
Non vides quanto moueas periculo
a
Pyrrhe getule catulos leenẽ.
.i. timidus
Dura post paulum fugies inaudax
Prelia raptor
q̃ tibi mouebit mulier amica
nearchi pueri
Cum per obstantes iuuenum cateruas
s. ipsa mulier p.n. pueri
Ibit insignem repetens nearchum
.i. ipsa mulier cer b
tans & furens
Grande certamen tibi preda cedat
.i. vinces tu necon illa
Maior an illi:
pirrhe res
c
Interim dum tu celeris sagittas
adhuc estat in metaphora
Promis, hec dentes acuit timendos;

c INTERIM dum. Suauissima est allegoria. & manet in translatione. nam ostendit quod antequã in certamen descendatur vterq; sua instruit arma.

d NVDO pede. Ostendit enim victorē fore cui puer voluerit palmam tradere & seipsum.

e FERTVR. Dicit poeta frustra ri pyrrhum comitem conantē ab amore meretricis reuocare iuuenē

f NIREVS. Is regnauit in naxo insula. fuitq; charopi filius atq; alagie speciosus admodum. et qui cū agamēnone ad troiam profectus est. vt Diodorus ait li. vi. meminit

i. ipse puer pugne iudex — dissoluto

Arbiter pugnę posuisse nudo

victoriam

Sub pede palmam

s. veneri sucubuisse — agitatōe capitis

e

Fertur & lene recreare vento

vnguento illitis

Sparsum oderatis humerum capillis:

q fontib9 fluuijsq abundat

f

Qualis aut nireus fuit. aut aquosa

s. ganimedes

g h

Raptus ab ida.

etiam homerus in iliade. a quo tā peciosus tradit̄ vt omnes grecos excepto Achille superaret.

e

g RANTVS. s. Ganimedes quē Iupiter in aquilam conuersus ab ida monte phrigie ad celum rapuit sed huius fabula nota est.

h AB ida aquosa. bene aquosa ab ida. eni monte defluunt scamānder & symois. vt scribit Mela.

Ode. xxi. Ad Amphoram

Amphoram hortatur optima vina effundere in coruini gratiam: qui & si mores socraticos habet non tamē a potu abhorrebit catonis exemplo: is enim mero caluisse pluries legitur edocet inde quid merum efficiat. Hoc dicit.



h ONATA mecum &c. Promittit amphoram vetusti vini ex veteratorio sic enim cellam appellabant. in qua ad multos annos duraturum condebant promittit. ergo amphoram qua coruinum in conuiuio letius accipit qui quamuis philosophus sit non abhorret a poculis exemplo Cathonis qui & ipse summa grauitate admirādus vir ad multam noctem conuiuia pitissando & sorbilando vinum producebat. nō quod bibax esset homo. sed cupiebat sermone familiari aliquid de animi tristi seueritate minuere vino quidem modico. sed quoniam tenuisse sorbillādo potabat ad plures horas durabat. Vnde & omnis tristicia exhilerabatur. & temperantie fines non excedebat.

Ode. xxi. ad āphorā

iocose alloquitur anphoram

h i

O Nata mecum consule manlio

amphora.

k

Seu tu qrelas: siue geris iocos

siue iram non

Seu rixam: & insanos amores:

amphora

Seu facilem pia testa somnum

s. eris s. consulū optimū vinū

l

Quocunq; lectum nomine massicum

s. eru festo

Seruas: moueri digna bono die

Descende coruino iubente,

puer prinao languidiora reddendo

Promere languidiora vina

i CONSVLE manlio. Vno eodemq; tempore vini amphoram. & se natum asserit.

k SEV tu querelas. Vino eni aut queruli. aut hilares. aut venerei. aut pugnaces. aut somnolenti fiunt.

l LECTVM. In amphora cōsulū nomen in vetustatis testimoniū

m NON ille quamquam. Ordo & sensus est. non ille te negliget nec est in hoc horridus quamquam philosophie studiosus sit.

n NARRATVR & prisci catonis. Probat exemplo Cathonis. & dixit narratur. quia illum non viderat. sed ab his qui viderant acceperat puer enim poeta erat. cũ apud vticam se ille interemit. Poeta autẽ abusus est nomine. non enim cato priscus. sed vticensis vino inuigilabat. vt iam ostendimus vel ad tempora sua respexit. Erant quippe et alii catones.

o LENE tormentum. Vini calorem. atq; potentiam. & molestiã quandam lene tormentũ appellat.

p IOCOSO lyeo. Per vinum quippe multi iocosi fiunt & hilares. Virgil. Assit leticie bachus dator & bona iuno.

m (perfusus est) Non ille quamq; socraticis mades (amphoram)

(contemnit) Sermonibus te negliget horridus.

(dicitur) n Narratur & prisci catonis

(vino) (caluisse) (ingeniũ) Sepe mero caluisse virtus.

(edocet quid merum efficiat) o Tu lene tormentũ ingenio admoues

Plerumq; duro tu sapientium

(secretũ) (p faceto) Curas. & archanum iocoso

(ebrii enim secreta pandũt) (vino) Consilium retegis lyeo.

q (amphora) (mestis) Tu spem reducis mentibus anxijs

r (violentiam) Viresq; & addis cornua pauperi

(post tuum potum) (timenti) Post te nec iratos trementi

(potentias et sublimitates) Regum apices neq; militum arma

s Te liber: & si leta aderit venus

(pigre) Segnesq; nodum soluere gratie

(pardentibus) Viueq; producent lucerne.

(.i. dum redit dies. ergo per totam noctem) (.i. sol) Dum rediens fugat astra phoebus.

q TV spem reducis. Mesti enim vbi vino incaluere melius sperant.

r VIRESQVE & addis cornua. Festus eni inquit homines nimio vino truces fieri. ideoq; liberi patris simulacro cornua addi. Ouidius item li. i. De arte de vino ait. Vina parant animos faciuntq; coloribus aptos. Cura fugit multo diluiturq; mero. Tunc veniunt risus tunc pauper cornua sumit. tũc dolor & cure rugaq; frontis abit Tunc aperit mentes euo rarissima nostro. Simplicitas artes excutiente deo.

s TE liber. Sensus est. quod liber venus. & gratie veneris comites. & lucerne peruigiles vsq; ad sequẽtem auroram potus producent. quod & de cathone legitur. Ordo autem est. Liber viue lucerne producent te. dum phoebus rediens fugat astra si leta venus aderit & si aderũt gratie segnes soluere nodũ.

Argumentum odes. xxii.

Dianẽ officia celebrat: est. n. montiũ nemorũq; custos. est virgo fauet parturientibus & morte liberat post hec pinũ quãdã ville sue iminentẽ. eidẽ cõsecrat, pmittẽs anno quoq; verrẽ sacrificare. h. d



Ode.xxii. Diane officia celebrat

t MONTIVM custos. Dianę varias potestates. & annua illi sacra pollicetur.
v VIRGO. Hec in celo luna. in terris diana. apud inferos proserpina appellatur dicitur ergo tergemina. Item hecate propter centum .i. multiplices potestates Vir. Tergemina hecatem tria virginis ora dianę preest & diis. que quia steriles sunt. idcirco ipsa dea virgo fingit.
x QVE laborantes. Preest parturientibus et appellatur iuno lucina .i. que iuuet ad veniendũ in lucẽ. Nec refert vt nomina dearum confundantur. Nam prisca religio omnes deos ad solẽ omnesq; deas ad lunam referebant vt aperte demonstrat Macrobius. Hinc maro solẽ



Ontiũ custos nemorumq; virgo

Que laborantes vtero puellas

Ter vocata audis: adimisq; leto

Diua triformis

Imminens ville tue pinus esto

Quam per exactos ego letus annos

Verris obliquum meditantis ictum

Sanguine donem.

lunãq; vocaturus dixit. Vos o clarissima mundi liber & alma ceres Bachum Cereremq; pro sole & luna ponens. preest infantibus quia illis dum in matris vtero sunt plus est vegetatiue potentie. quę a luna est quam sensatiue que est a sole.

y IMMINES ville. Ordo est. Pinus imminens ville tua esto pro sit & sic melius dictum quam si dicatur esto aduerbium concedentis.

z VERRIS obliquum. Modũ ferientis porci describit. nam seuius ledunt verres cum transuersum feriant iuxta dentium naturam.

Argumentum odes. xxiii.

SCribit ad phyliren dicens quod si ad celum tendet supinas manus noua quidem luna: si ture & fruge lares placarit & porca. eius vites minime ab aphrico offendent. nec segetes a rubigine nõ etiã alumni sui in autumno grauabuntu r Concludit demũ deos satis placare etiam minimis. dum modo quis eos sine crimine & scellre precetur. Hoc dicit.



Ode xxiii. ad Phyliren

a PESTILENTEM aphricum Plinius lib. xviii. ca. xlix. ita scribit Ex aduerso aquilonis ab occasu



Elo supinas si tuleris manus

Nascente luna rustica philyre

Si ture placaris: & horna

Fruge lares auidaq; porca:

Nec pestilentem sentiet africum

Fœcunda vitis. nec sterile seges

brumnali aphricus quem greci liba vocant & c. Est autem ventus humidus vt lib. ii. docet.

b RVBIGINEM. Carbunculum quo spica in nigredinem vertitur et omne granum corrumpitur. Varro tamen dicit rubiginem proprie appellari vitium obscene libidinis de hac Vir. vt mala culmos esset rubigo.

c POMIFERO anno. Autumnum intelligit de quo etiam Ouidius li. ii. de arte ait. Sepe sub autūnum cum fortissimus annus plenaq; purpureo subrubet vua mero Cum modo frigoribus premimur: modo soluimur estu. Aere non certo corpora languor habet.

d NAM que. Ordo est. Nā deuota victima que pascit̄ inter quercus & ilices. aut crescit albanis in agris ceruice tinguet pōtificum secures te coronantem marino rore et fragili myrto paruos deos nihil attinet tentare eos multa cede bidentum.

e SECVRES. Quia maiores hostie securi feriebantur.

b Rubiginem aut dulces alumni
(i. molestiū & noxiū)
c Pomifero graue tempus anno
(oppido)
d Nam que niuali pascitur algido
(tua p̄missa) (inter)
Deuota quercus inter & ilices
(pinguibus quales apud albā ciuitatē)
Aut crescit albanis in herbis
e Victima pontificum secures
(te) (pertinet)
Ceruice tinguet te nihil attinet
(placare) (i. mactando multas bidētes.)
Tentare multa cede bidentium
(s. te ipsam)
Paruos coronantem marino
(lares)
Rore deos fragiliq; myrto
(sc̄z scelerū & innocens)
Immunis aram si tetigit manus
g (opulenta)
Non sumptuosa blandior hostia
(placabit) (iratos)
Mollibit auersos penates
(i. mola salsa fiebat et sal et homo et fruges)
h Farre pio: & saliente mica

f BIDENTVM. Bidentes proprie oues que duos annos habent vt docet Acron. de iis late Gelius & Macrobius.

g NON sumptuosa hostia. Ordo est. non mollibit aduersos penates sumptuosa hostia blandior fare pio & saliente mica. Et nota plus valere far. idest paruum sacrificium cum innocentia. quam magnum cum scelere. Sumptuosa autem hostia non nominatiui. sed ablatiui sunt casus. sa enim cesura lōga est & esse debet: nam sensus aliter non quadret.

h SALIENTE mica. Salientē autem micam salis granum intelige quod saliat cum in ignem missum sit.

Argumentum odes. XXIIII.

IN auaros inuehitur. arguens primū eorū plurima minimeq; necessaria edificia. non. n. cōtenti terrestribus: in mari quoq; edificabant. quod quidē nihil prodesse dicit ad fugiendā mortē omnino: namq; licet etiam multa quis possideat moriendū erit. Laudat exinde scythas: qui domibus carētes plaustris pro illis vtuntur. & paucis contenti viuunt. Quicunq; autem & laudē & gl'iam optat: habendi cupiditatem frenare debet: Vnde damnantur illi: qui acquirendi gratia omne periculū subeunt spreto etiam mari quocunq; relictaq; ardue virtutis via. Hortat̄ inde vl' in capitoliū gemmas & aurū vl' in mari mittenda vt malorum cause fugentur. Damnat postea parentū pfidiam in acquirendis rebus indigno & vitioso viro. Hoc dicit



Ode.xxiiii. In auaros.

i INTACTIS opulentior. Ordo est. tu auare opulentior intactis thesauris arabum & diuitiis indie licet occupes omne tyrrhenum mare. & mare ponticum tuis antēnis non expedies animum metu & caput laqueis si quidem dira necessitas figit adamantinos clauos summis verticibus. Animaduerterat poeta nullam perniciem hominibus capitaliorem esse quam auariciam qua propter variis rationib⁹ illam a mentibus humanis euellere tētauit. nunc autem maxime ex eo a vita amouendam esse probat. quia neq; fata neq; mortem fugiant diuitie. Censet igitur abigendā omnem cupiditatem ne vitiis que ab illa sunt coinquinemur: Cum illi qui cum virtute degunt. & invita magno in honore habeantur. et post mortem celebre & immortale de se nomen relinquant.

k ARABVM & diuitis indie. Ditissimas gentes ad diuitiarum emphasim posuit. Arabes enim qui propter copias aromatū que in omnes orbis partes inde exportantur vndiq; ingentes pecunias coaceruant. India autē fertilitate agrorū preterea auro argentoq; & vnionibus qui ex mari sunt. et multis preciosissimisq; lapillis reliquas regiones superat.

l NON animum metu. Sensus est. quod mortis necessitate nulli diuitiis carere possumus.

m CAMPESTRES scythe. Scytharum nomadum parsimoniam proponit romanorum diuitiis de nomadibus scythis pastorib⁹ multa. Vir. li. iii. ge. Et strabo lib. vii. sic ait. Nomades enim tentoriis vtuntur centonum instar pilo contextis in plaustris vitam degentes. circūq; tentoria pecora comittantur a quibus victum captant. & alunt lacte caseo carne. pascua vero sectātur loca semper herbosa permutātes hibernis quidem temporibus meoticis versantur in paludibus. estiuis vero per campestria vagātur. & c.

inuiolatis — tu
i
INtactis opulentior

k
Thesauris arabum: & diuitis indie
lapidum & lignorū — teneas

Cęmentis licet occupes
p hyperbolen exprimit insanas instructiones illius seculi. & moles in mari iactas

Tyrrhenū omne tuis: & mare ponti cū
siquidem — durissimos & infrangabiles

Si figit adamantinos
.i. viris summis — seu — mors

Summis verticibus dira necessitas

l
Clauos. non animum metu.
nam mors oēs illaqueat. nec pōt quisq̄ ob illius laqueos caput dissoluere

Non mortis laqueis expedies caput
quod in campis sine tectis viuant
m
Campestres melius scythe
ex consuetudine

Quorū plaustra vagas rite trahūt domos
frigore continet
n
Viuunt. & rigidi getę.
interminata — inter se cōmunes
o
Immetata quibus iugera liberas

Fruges. & cererem ferunt
nam tantum secū ferunt. quātū ad annū sufficiat

Nec cultura placet longior annua
vnumquemq; fatigatū in labore
p
Defunctumq; laboribus
succedit in labore

Aequali recreat sorte vicarius:

Illic matre carentibus
abstinet ab iniuria.

Priuignis mulier temperat innocens
non habet potestatem super virum
q
Nec dotata regit virum
quia nolunt adulteros;

Coniunx. nec nitido fidit adultero
s. apud illos
r
Dos est magna parentium
concubitum
Virtus. & metuens alterius viri
vinculo
s
Certo foedere castitas
sensus est. peccare aūt illis est nefas. aut pena est mori
t
Et peccare nefas: aut precium est mori.
s. princeps
v
O quisquis volet impias

n RIGIDI GEtę. Thraces sunt quos rigidos dixit propter frigora regionum earum.

o IMMETATA. sine metis & terminis.

☞ p DEFVNCTVMQVE laboribus. idest illū qui anno precedenti elaborauerat alter sequenti anno recreat. quiescit enim ille altero operante. Cesar li. iiii. de bel. gal. scribit sueuos germanorū omniū bellicosissimos. centum pagos habere ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliquos vero qui domi māserint se atq; illos alūt hi rursus inuicem anno post in armis sunt. illi domi remanent. sic neq; agricultura neq; ratio atq; vsus belli intermittitur. sed priuati atq; seperati agri nihil est.

q NEC dotata. Sensus quamuis ibi dotate sint coniuges. attamen viris suis debent obtemperare. quod romę non erat. hinc Iuuenalis ait Intolerabilius nihil est quā foemina diues.

r DOS est magna. Castitatē laudat exemplo barbarico eo quod dotem habent virtutem parentū & amorem coniugum. que viros vitātes externos seruant pudiciciā coniugalem.

s CERTO foedere. Quod quidē inter virum & vxorem sit vt alter alteri fidem seruet.

t ET PECcare nefas. Sensus est. quod mulieribus illis peccare est nefas. morsq; est peccati precium. puniūtur enim illico impudicę quod sane in italorum dedecus dicit.

v O QVISQVIS. Non recte a superiore ode hęc seperata sunt. cū inde pendeat & illis annexa sint.

x SI quereret pater vrbium. Si quis velit patrie pater vocari & statua-rum titulos habere. remoueat licē-tiam presumendi. & illicita nō pre sumat admittere.

y CLARVS post genitis. Aut postea laudatur in filiis. aut obse-uerntatis & correctionis institutum posteris admirandus.

z QVATENVS. idest quādiu. nam quatenus aduerbium est in-terdum temporis. interdum loci. quatinus vero coniunctio est tātū.

a HEV nefas. Per interpositionē dictū est vt exprimatur dolor odi mus ergo virtutem in viuentibus. deinde cum sublata est ex oculis. i. cum defunctus est homo in quo virtus erat tunc illam querimus. i. desideramus. posuit enim subse-quens pro antecedenti. nam deside rium inquisitionem antecedit.

b QVID tristes. Sensus est quid prodest conqueri de vitiis si culpa punitur supplicio. Quid leges. Sen sus est. quid prosunt leges sine obse ruatione & vsu.

audem seditionem auferre te roma.
Cedes & rabiem tollere ciuicam
x
Si quereret pater vrbium
.i. statuarū titulos habere
Subscribi statuis: indomitam audeat
psumendi illicitum.
Refrenare licentiam
fama & gloria posteris
y z a
Clarus post genitis quaten⁹ (heu nefas)
incorruptam
Virtutem incolumem odimus
nostris
Sublatam ex oculis querimus inuidi.
s. proficiunt
b
Quid tristes querimonie
pena
Si non supplicio culpa reciditur.
q. d. si non obseruentur
Quid leges sine moribus
c
Vane proficiunt: si neq3 feruidis
australem intelligit
Pars inclusa caloribus
vult autem intelligi septentrionem.
d
Mundi nec boree finitimum latus
Durateq3 solo niues
repellunt: timida
cupiditate
Mercatorem abigunt. horrida callidi
Vincunt equora nauite
e
Magnū pauperies opprobrium iubet
quodlibet
Quid vis. & facere. & pati
s. paupertas
excelse
Virtutisq3 viam deserit ardue
q. sapientiores sumus
f
Vel nos in capitolium
s. pontificis s. sacerdotum
g
Quo clamor vocat. & turba fauentiū
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides. aurū & inutile
summum malum auaritiam dixit
Summi materiam mali

c SI neq3 feruidis. Nihil potest ob stare cupiditatibus per quas non tantum leges irrumpūtur. verum etiam rerum natura expugnatur lucri causa. dum etiam nec inhabi-tales orbis regiones possint prohi bere commercia.

d FINITIMVM latus. nobis vicinum nam septentrionalis pla-ga nobis vicinior. vtpote in qua ē axis. vt Vir. Hic vertex nobis subli mis est. & c.

e MAGNVM pauperies. Sententia est. quod paupertas que iam in opprobrium & dedecus habetur iubet omnia pati & subi-re spreta virtutis via vt enim diten tur fas & nefas vna confundunt.

f VEL nos in capitolium. Hoc in loco poeta ipse horatius consu-lit vel in capitoliū gemmas & au-rum vel in mare mittēda vt eis mā lorum cause fugentur.

g CLAMOR. illuc enim cum spectantium clamore et plausu tri-umphantes accedebant.

i. valde
Mittamus. scelerū si bene pœnitet
penitus euellenda cupiditatis
Eradenda cupidinis
principia ipsa & cause molles
Praui sunt elementa: & tenere nimis
Mentes asperioribus
exercende quę se nō exercuit
Formande studijs. nescit equo rudis
liber et generosus
Herere ingenuus puer
Venariq; timet ludere doctior
Seu greco iubeas trocho.
Seu malis vetita legibus alea
perfidia
Cum periura patris fides
in hereditate
Consortem socium fallit. & hospitem
quę propter scelera indignus est
Indignoq; pecuniam
Heredi properet scilicet improbe
Crescunt diuitie: tamen
i. diuitijs
Curte nescio quid semper abest rei.

h SCELERVM si bene. q d. si piget scelerum & malorum tollā/ture elementa auaritię

i TENERE mentes. Duplex intellectus vtrum puerorum mentes teneras dicat esse formādas ad asperiora studia hoc est fortiora. an certe luxuriosorum mentes teneras appellat quas vult abiectis luxurie instrumentis auro & gemmis asperiorib⁹ studiis reformari.

k NESCIT equo rudis. Culpat romanos quos omisso exercitu studio ad grecos ineptos luxuriososq; ludos. filios transtulisse commemorat.

l TROCHO. Instrumentum est orbiculatum in acutum desinens quod habenis verberatū assiduo voluitur. Vir. Ceu quondam volitans sub verbere turbo. Quem pueri magno in gyro vacua atria circum intenti ludo exercent ille actus habena. Curatis fertur spaciis stupet inscia turba. impubesq; manus mirata volubile buxum.

m VETITA legibus alea. De ludis lege prohibitis tute ipse legum titulos & tractatus conspicato. plurima etiam videbis euitanda.

n CVM periura pa. fi. Dānat poeta parentum perfidiā in acquirendis rebus indigno & vitioso heredi.

o INDIGNO heredi. Vituperat ergo auarū primo quod questus gratia tolleret omnes labores atq; pericula. Deinde per stulticiam putat summum malum esse paupertatem. Tertio in loco quod querat per omne nefas & scelus. Additur quarto quod sit malo exemplo tenerę etati filiorū. Additur & quinto quod diuitias pariat heredi indigno. postremo quod etiā post multas opes partas adhuc cupiditates suas non expleuerit.

p TAMEN curtę & c. Hoc ad ipsam auaritię naturam refertur. cui cum nihil desit semper videtur deesse.

Argumentum odes. xxV.

O Stendit horatius se numine plenum & ab illo in nemora & specus rapi: ibiq; Augusti cęsaris numen & laudes stellis inserere velle & iouis consilio scribit: Hoc dicit.



Ode.xxV.Ad Bachum.

q QVO me bache Quia desperat humana mente posse laudes cesaris dicere. cupit furore dei rapi. et cum vehementer cupiat. iam se rapi putat. Admirabilius ergo dicit Quo me bache rapis. &c.

r QVIBVS in antris. Ordo est. Quibus antris meditans audiar inserere stellis & iouis consilio eternum decus egregii cesaris.

s STELLIS inserere. q. annuat. decus cesaris idest ipsum cesarem cui erit summum decus in signum aliquod celeste conuersum iri. Sic enim & Virg. spacium libre occupaturum eum scribit vt sit inter scorpium & virginem. vt a scorpio martis domicilio disciplina rei militaris a virgine que mercurii est scientia atque eloquentia prouentura sit. Ait enim antenouum tardis sydus te mensibus addas. Qua locus erigone inter chelasque sequentes. Panditur ipse tibi iam brachia contrahit ardens. Scorpius & celi iusta plus parte reliquit.

Quo me bache rapis tui
Plenum. quae nemora: aut quos agor in
Velox mente noua: quibus (specus
Antris egregii cesaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inserere: & consilio iouis
Dicam insigne recens adhuc
Indictum ore alio non secus in iugis
Ex somnis stupet euhias
Hebrum prospiciens. & nunc niue candidum
Thracen. ac pede barbaro
Lustratam rhodopen. vt mihi deuio
Ripas & vacuum nemus
Mirari libet. o naiadum potens
Baccarumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos
Nil paruum aut humili modo.
Nil mortale loquor. dulce periculum est
O lenee sequi deum
Cingentem viridi tempora pampino.

t NON secus. Sensus est non aliter bacha prospiciens hebrum fluuium thracie vel rodopen montem regionis eiusdem delectatur quam ego videns nemora scripturus cesaris consecrationem in antris musicis.

v EVHIAS. idest bacha est enim patrononimicum foemininum. nam euhius bachus est a voce bachantium.

x HEBRVM. Hebrus fluuius est sub rhodope thracie monte niuoso vt scribit Plinius li. iiii. de quo etiam Strabo li. vii.

y DEVIO. Deuium est a via remotum ac per hoc in siluis ac solitudinibus agentum.

z LENEE. A torculari quo vinum exprimitur bachum dici volunt vt ait Diodo. li. iiii.

Argumentum odes. xxVI.

Amori finem imponere destinat: & in veneris templo barbyton affigere tanquam emeritus: orat postea venerem: vt cloen asperam semel flagello tangat. Hoc dicit.



Ode.xxVI.Ad Venerem.

a MILITAVI.Nam ſpeties que dam militię eſſe videt̃ amare.hinc Ouidius.Militat omnis amans et habet ſua caſtra cupido.

b LEVVM latus In ſiniſtro tẽpli latere intelligit.

c MARINE veneris.Ex ſpuma enim nata eſt in mari. proptereaq; in littore ſibi templa vt plurimum fiebant.Iuuena.ante domum veneris quam dorica ſuſtinet anchon.

d LVCIDA funalia.Faces intelligit quibus amicarum ianue vrebantur aliquando.

e VECTES.Inſtrumenta ſunt ad aliquid ſubuertendum euertendumq; qua propter & thraſo thaidis domum expugnaturus inquit Procede hunc cum vecte dorax.

q d.vſq; in hanc etatem gl'ioſus

Vixi puellis nuper idoneus

a

Et militaui non ſine gloria:

quia defeci p etatem

Nunc arma defunctumq; bello

Barbiton hic paries habebit

b c ſ.paries

Leuum marine qui veneris latus

in templo ponite d

Custodit.hic hic ponite lucida

hec instrumenta amoris intelligi vult

e

Eunalia & vectes & arcus

Oppoſitis foribus minaces

regis illam inſulã

f

O que beatam diua tenes cyprum:&

auitas egipti ſpecies p genere

g h

Memphim carentem ſcythonia niue

venus in altum eleuato

i

Regina ſublimi flagello

p.n.amice erga me horatium

Tange cloen ſemel arrogantem.

f CyPRVM De illa inſula dictũ eſt ſuperius ode.i.li.i.& aliis locis.

g MEMPHIM.Erat memphis ęgyptiorum regia.vrbs magna & populoſa & ſecunda poſt Alexandriam.vide Strabonem li.xvii.& Diodorum ſiculum.

h SITHONIA niue:thracenſi a monte thracię.Virg.Sithoniaſq; niues hiemis ſubeamus aquoſe.

i SVBLIMI flagello:In altum ſublato ictu.quod fit dum quis vehementius vult ferire & ideo cloen quia arrogans eſt & ſuperba amãtibus percuti vulnere graui dicit debere amoris plaga venerei.

Argumentum odes.xxVII.

GAlatea poete amica migrare volente optat Horatius vt impij malo omine pergant.ipſa vero felici auſpicio.Et quia illius digreſſus eum pigebat.tempeſtatem iminere indicat. quam hoſtib⁹ imprecat̃.Exẽplo deinde europes eam a migrãdi ſentẽtia reuocare nitit̃:illa.n fidens mitiſſimo tauro e phœnitia in cretẽ vſq; per ęquor ab illo vecta eſt inſcio p̃re a gñe.vbi maximã q̃ſtã ven⁹ ſolata eſt.h.d.



Ode.XXVII.Ad Galateam

ergo oscinis ꝛ
i l: non pepperis l
Impios parre recinentis omen
ꝛ hoc inter mala au
guria computabant
Ducat ꝛ pregnās canis:aut ab agro
rufa species ꝑ genere
m
Raua decurrens lupa lanu vino
pestilens q.volipes.
Fœtaq₃ vulpes
impediat malo auspicio
.i.incidat ꝓpositum
Rumpat & serpens iter institutum
s.currens
Si per obliquum similis sagitte
equos horatius
n
Terruit mannos:ego quid timebo
futurorū
Prouidus auspex
stagnū intelligit
Anteq₃ stantes repetat paludes
pluuias præsaga cornix
o
Imbrium diuina auis imminentum
excanentem augurio.
p
Oscinem coruum prece suscitabo
q
Solis ab ortu.
vt licitū est
r
Sis licet fœlix vbicūq₃ mauis
p.n.amice ad quā scribit
Et memor nostri galathea viuas
.i.mali ominis
s ꝓhibet
Teq₃ nec leuus vetet ire picus
t
Nec vaga cornix

i IMPIOS parre & c.Gen⁹ causę deliberatiuum est.huius finis vtilitas habetur.hec autem in tutum et honestum diuiditur. demonstrat aūt inutile esse iter.quia periculosū.

k PARRE.Parra auicule gen⁹ est in latio nunc vulgo parruza dicitur.Pli.autē li.xviii.c.xlii.scribit. auem parram oriēte syrio ipso die non apparere.donec occidat.

l OMEN.Pro augurio posuit. Augurium autem fit.aut ex garritu auium idest ex cantu.aut ex volatu ex pastu quod appellatur tripudium.q.terri pauium.

m RAVA lupa. Pli.li.viii.scri. quod in italia quoq₃ credit̄ luporum visus esse noxius voceq₃ homini quem priores contemplent̄ adimere ad presens inter auguria ad dexteram commeantium preciso itinere si pleno ore fecerit nullū omnium prestantius.

n MANNOS.Pusilli equi manni dicuntur quos vulgo buricos appellāt vt porphirio scribit. Acrō vero ait mannos dictos quod cōsuetudine manum familiarius sequantur.

o IMBRIVM. Diuinam cornicem dicit imminentiū imbriū presciam Virg.li.i.g. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce Et sola in sicca secum spatiatur arena.Et caput obiectat querulum venientibus vndis.

p OSCINEM coruum. Oscines dicuntur aues que voce augurium faciunt prępetes que volatu vt Virg.Qui volucrum linguas et prepetis omnia pennę.Sensus autē est & ordo.Ego prouidus auspex. suscitabo prece coruum oscinū ab ortu solis.quia inde a coruis bona proueniunt auguria.

q SOLIS ab ortu. Ab ortu enī solis prospera corui omnia sūt.aduersa ab occasu.

r SIS fœlix. Ordo est. Galathea sis fœlix & memor nostri. licet viuas vbicumq₃ mauis.idest & si sine me esse mauis sis fœlix tamen

s LEVVS picus.Pli.lib.x.scribit picum martium insignem & magnum esse in auspiciis quodq₃ ipsi pici principales latio sunt in auguriis.ab rege qui nomen huic aui dedit Refertq₃ in L.tuberonis pretoris vrbani capite ita placide residisse vt manu prehenderetur. dixere augures si dimitteretur reipub.exitium portendi si examinaretur pretori.Examinauit pretor. ac paulo post impleuit prodigium.

t VAGA cornix.de cornice Vir. li.i.g.ait Cum cornix plena pluuiā vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatiatur arena.& c.

v SED vides. postq̃ per insinuationem animum Galathee occupauerat. nunc iam a profectione illam dehortatur.

x PRONVS orion. In occasum vergens de quo late superius.

y ATER sinus adrie. Adriaticum mare obscuram tempestatem portendere indicat.

z ALBVS iapix. i. ventus est ex apulie ore proficiscens de quo laci⸗us ode. iii. li. i.

a HOSTIVM vxores. Hostibus imprecatur ventorum hyemem atq̃ equoris.

b SIC & europe. Exemplo europes eam a migrandi sententia reuocare nititur Europa autẽ agenoris phoenicee regis filia fuit. & cũ vna virginibus tiriis inter armenta luderet. captus eius amore iupiter p mercurium curauit. vt armenta a mõtibus littori admoueretur. Ipse autem pulcherrimum taurum cõuersus mitem se virgini obtulit. at illa & pulchritudine & mansuetudine illius delectata adeo paulatim assueuit. vt illum ascendere nõ dubitarit. at iupiter aptatam predam per mare vehens in cretam transuexit. & inveterem formam reuersus pro cõiuge habuit. ex eaq̃ Minoa Rhadamantum & Sarpedonam sustulit de qua late Diodo. li. vi.

c NIVEO doloso credidit tauro. Credidit tauro doloso latus niueũ habenti de quo Oui. li. ii. meth: sic ait. nunc latus in fuluis niueum deponit arenis. paulatimq̃ metu dempto. modo pectora prebet virginea palpando manu. modo cornua sertis Impedienda nouis. ausa est quoq̃ regia virgo. nescio quem premeret tergo considere tauri.

o galathea. festinet

v Sed vides quanto trepidet tumultu

s. in occasum horarius

x signũ celeste y

Pronus orion. ego quid sit ater

mare s. paduanci serenus

z

Adrie noue sinus. & quid albus

s. apulia proficiscẽs

Peccet iapix

a

Hostium vxores puerisq̃ cecos

cõmotiones

Sentiant motus orientis austri

ppter tempestatẽ vndarum & tonitruum

Aequoris nigri fremitum & trementes

fluctuũ littora

Verbere ripas.

simili modo

b c

Sic & europe niueum doloso

feruentem

Credidit tauro latus & scatentem

quos in medio fere mari cognouit

Beluis pontum mediasq̃ fraudes

vehementer timuit

d

Palluit audax

ipsa

e

Nuper in pratis studiosa florum. &

Debite nymphis opifex corone

lucida

Nocte sub lustri nihil astra preter

Vidit & vndas

s. europe

f vt

Que simul centum tetigit potentem

dixit

g h

Oppidis creten. pater o relictum

pa filia relictũ

i

Filie nomen pietasq̃ dixit

errore mẽtis vl amore

Victa furore.

o quanta dignitate

k l

Vnde. quo veni. leuis mors est

ego europe

m

Virginum culpe vigilans ne ploro

n

Turpe cõmissum. an vitijs carentem

i. somniũ dicit

Ludit imago

d PALLVIT audax. Id quod efficitur posuit pro efficiente. idest que ante audax fuerat. nũc palluit.

e STVDIOSA florũ. idest que nymphis studeat facere floreas coronas.

f QVE simul centum. Ordo est: que simul attigit creten potentem centum oppidis victa furore dixit o pater o pietas relictũ nomẽ filie.

g CRETEN. De hac etiam Maro ait. Centum digesta per vrbes.

h PATER o relictum. Gementis europe verba sũt. Est autem ordo o pater appositio nomen relictum filie pro a filia.

i PIETASQVE. Tullius pro plantio inquit quid est pietas nisi voluntas grata in parentes.

k VNDE quo veni. Ordo est. vnde veni quo veni. vel vnde idest a qua pietate paterna quo veni.

l LEVIS vna mors est virginũ culpe. Sensus est. quod vnica mors culpe crimini & peccato virginũ leuis est. meretur enim virgo peccans plures mortes. is proprius & verus sensus huius loci est. & esse debet non alius.

m VIGILANS ne ploro. dubitat an vere scelus commiserit. vt relicto patre secuta fuerit taurum.

n VICIIS carentem. idest me que vitio caream nec verum sit. quod mihi forte videtur. vt rapta fuerim.

o PORTA eburnea. Vir. in fine li. vi. en. ait. Sūt gemine somni. porte. quarū altera fertur cornea. qua veris facilis datur exitus vmbris. altera candenti perfecta nitens elephanto. Sed falsa ad celum mittūt insomnia manes.

p INFAMEM iuuencum. aut formosum aut certe sibi infamem. aut infamem propter dolum machinatum.

q LACERARE ferro. Virg. vt non potui abreptum diuellere corpus & vndis spargere. vt indignationem simul sexus indignatione monstraret.

r IMPVDENS orcum. Sensus est. vti sine pudore patriam reliqui ita sine pudore viuo.

s TVRPIS macies: que turpes facit. vt ante deteriorationem formę optat perire.

t SVCCVS. viriditas. Pulchritudo corporis signatur. vt corpus solidum & succi plenum.

Vana, que porta fugiens eburna
Somnium ducit. melius ne fluctus
Ire per longos fuit an recentis
Carpere flores.
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratę: lacerare ferro &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri:
Impudens orcum moror. o deorum
Si quis hec audis: vtinam inter errem
Nuda leones.
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas tenereq; succus
Defluat predę: speciosa quero
Pascere tygres
Vilis europe pater vrget absens
Quid mori cessas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te secuta
Ledere collum
Siue te rupes & acuta leto
Saxa delectant. age te procellę
Crede veloci. nisi herile mauis
Carpere pensum.
Regius sanguis dominęq; tradi
Barbare pellex. aderat querenti
Perfidum ridens venus & remisso
Filius arcu.

v VILIS europe. Se ipsam per Anastrophen alloquitur dicens o vilis europe pater absens. vrget idest insequitur ac si fuerit amatorē secuta. quid mori cessas.

x ZONA bene te secuta. Bene te secuta. vt recte factum sit quod zonam attuleris in vsum laquei: neq; temere dixit te secuta tanquā si diuina vltione factū sit ne te zona deseruerit.

y NISI herile mauis. Addit ad pudorē miserias quoq; seruitutis.

z REGIVS sanguis. Nam & si cuiq; grauis esse debeat seruitus. multo tamen grauior erit stirpe regię. & quamuis quecumq; domina fugienda sit. magis tamen est fugienda barbara.

a REMISSO arcu. Merito remisso arcu cupido. Tanquam qui europe pudorem debellasset.

b NOX vbi lusit satis. idest postq̄ diu passa est im illam ignaram felicitatis de casu suo conqueri.

c CALLIDEQVE rixe. de calore animi venientis. vel furoris commotione. idest posteaq̄ passa est diu illam casus suos conqueri. velut facti auctoris ignaram.

d CVM tibi inuisus. Ironice dictum qui minata fuerat se cornua

ob ira
b
Mox vbi lusit satis: abstineto
iracunde
c
Dixit irarum callideq̄ rixe:
quando
d
Cum tibi inuisus laceranda reddet
Cornua taurus
e
Vxor inuicti iouis esse nescis
vi gemitus
Mitte singultus bene ferre magnam
diuisus
f
Disce fortunam: tua sectus orbis
ex tuo nomine dicetur
Nomina ducet.

tauri fractura. ideo non laceres eū Cum se tibi rursus obtulerit.

e VXOR inuicti iouis &c. Ambiguum vtrum hoc dicat nescis te coniugem iouis esse. an vero nescis tegerere coniugem iouis.

f SECTVS Diuisus eo quod vna pars orbis europe nomen accepit altera asia dicta est. vt europa atq̄ asia pulsus.

Argumentum odes. xxviii.

Lyden hortatur vt in neptunalibus optimum vinum exhibeat. canteteq̄ secum vicissim neptuni nereidumq̄ laudes. Lathone etiam ac cynthię demum veneris. Hoc dicit.



Ode. xxviii. Ad Lyden

e FESTO propter neptunalia que neptuno celebrant.
f INCLINARE meridiē. Ostēdit maiorem diei partem preteritā et diem ipsum tendere in occasum Inde opus vt citius cōuiuia parent.

i. festiuitate neptuni
e
Festo quid potius die
defer repositum
Neptuni faciam: prome reconditū
pulchra vinum optimū vide ode. xxxi.
Lyde strenua cęcubum
q̄ nulli fortune subiecta est
Muniteq̄ adhibe vim sapientię:
f occasum scis
Inclinare meridiem
vides nihil enim tempore velocius
Sentis ac veluti stet volucris dies

g HRREO. Id pro vinaria cel/la posuit.

h NEPTVNVM. Tertiam sa/turni sobolem neptunū idest aqua rum elementum dicunt. quem a nando neptunū. sicut a portu por/tunum litteris paululum immuta tis secundum Tullium nūcupant Tridentē fer quod aqua fert triplici fungatur virtute. sunt enim liquide fecunde & potabilis.

i VIRIDES. ceruleí omnes fin/guntur aquarum dii.

k SPICVLA cynthie. Stimulos veneris dicit amatoris.

l SVMMO carmine. aut maxi/mo. aut in cōsumatione carminis

cessas non dirpis de
g
Parcis diripere horreo
desidem p.n. idest bibuli consolatu recondirū
Cessantem bibuli consulis amphoram.
ego 2 tu per vices
Nos cantabimus inuicem
quia neptunia co aquatiles
lebantur eo die i
h
Neptunum et virides nereidum comas
lyde iterum cantabis
Tu curua recines lyra
dianam tela veneris
k
Latonem & sceleris spicula cynthie:
excelso venus
l
Summo carmine: que gnidon:
soli oppositas insulas illas ciuitatē illā de qua ode. xx. li. i.
Fulgentesq; tenet cycladas: & paphum
.i. cignis
m
Iunctis visit oloribus:
cantabitur n
Dicetur merita nox quoq; nenia.

idest in fine cantabimus veneris laudes.

m IVNCTIS oloribus. Dicunt enim veneris magne currum a ci/gnis trahi aut quia per albedinem significat lauciciā muliebrem. aut potius quia dulcissime canāt. vt de monstretur animantium animos cātu trahi de curru vero veneris apu leius libro. vi.

n NENIA. Enim carmen quod mortuis cantabatur in honorem inferorum. Sed quia nocte predi/caturus erat propter tenebras & sumnum que morti proxima cre/duntur ideo dixit nenia noctis.

Argumentum odes. XXIX.

MEcoenatem vt secum conuiuia ineat exhortatur. dicit. enim se iam diu optimum pro se merum seruasse: parasseq; & coronas & vngenta sibi. Hoc dicit.



Ode. XXIX. Ad Mecenatem

n THyRRENA. Est aūt ordo o mecoenas tyrrhena regū pgenies iādudū apud me est tibi lene merū cado nō añ verso est balan⁹ pressa tuis capillis cū rosarū flore. de me/coenatis psapia latius ode. i. li. i. hac ode autē ad pñs suadet. quod sepe alias suasit. vt publicis curis omis/sis vel pocius in aliud tpus dilatis genio indulgeat & apud se sit neue sit illi graue deserere qñq; res ma/gnas & ad paruas descendere.

o PRESSA. Expressa pro tuis capillis ex balano eni liquor expri/mitur odoratus seu oleum.

p BALANVS. Idem videtur apud grecos significare qd apud latinos nux. Nux enim omnia cō/plectitur que duriori cortice vesti/untur inde castaneasq; nuces di/xit Virgilius.

n .i. de regali psapia in tuū honorē
THyrrena regum progenies tibi
effuso suaue merum vase
Non ante verso lene merum cado
Cum flore mecoenas rosarum: &
expressa p tuis capillis ex balano. i. liquor exprimitur odorat⁹
o p
Pressa tuis balanus capillis

N

q ESVLE. Esulanos latii popu os fuisse Pli. scribit li. iii.

r TLOGONI inga parricide. Tusculum indicat quod in rome conspectu situm erat in summo mõtis de quo latius in epodo primo. id autem vt etiam porphirio asserit Thelogonus condiderat filius quidem circes & vlixis qui p ignoratiam patrem occiderat.

s FASTIDIOSAM. que fastidium aliquando ingerit.

t OMITTE mirari. Ex illa enĩ turri tota fere vrbs spectabatur.

v PLERVMQVE grate. Vicissitudinem rerum dicit gratam sole re diuitibus quos interdum post diuitias & copias delectat familiarum mediocritas. Ordo autem est plerumq; mundę coenę grate vices diuitibus sine auleis et ostro super paruo lare pauperum explicuere sollicitam frontem.

x EXPLICVERE sol. fron. i. hilarem reddidere. nã moesti frontem in rugas contrahunt. cõtra vero ex leticia frontem explicamus et sine rugis extendimus. Vnde illud therentianum est ex porge frontẽ.

horatium
subtrahe
Iamdudum apud me est: eripe te more.
itaq; ubi propter
copias acuarum; p.n. a ciuitate
q
Non semper vdum tybur & esule
turrim in hortis suis mecenas tenetur
const. rupis vnde hec oia pspiceret.
Decliue contempleris aruum. &

r
Telegoni iuga parricide.
quam secum habes
s
Fastidiosam desere copiam. &
turrim ppter altitudinem altis
Molem propinquam nubibus arduis
cessa
t
Omitte mirare beate
diuitias
Fumum & opes strepitumq; romę
varietates
v
Plerumq; grate diuitibus vices
pure. nam vitandus est luxus. sed tñ ita adhibeatur
paupertas vt non admittatur sordes
Mundeq; paruo sub lare pauperum;
quibus cooperiuntur parietes
purpura
Cœne: sine auleis & ostro
tristem i. hilarem reddidere
x
Sollicitam explicuere frontem.
cepheus
y
Iam clarus occultum andromede pater
i. estum de quo superius
ardet
Ostendit ignem. iam procijon furit
pro toto signo posuit furentis. vt enim aliquando particula intensius ẽ vehementes. nonnũq; passiuus vt vecors
Et stella vesani leonis
collides
Sole dies referente siccos
estiuali tempore fesso
Iam pastor vmbras cuz grege languido
fatigatus asperu ppter aculeos sentes
Riuumq; fessus querit & horrida
loca dumis consita
nam syluano deo consecrata sunt
Dumeta syluani caretq;
a
Ripa vagis taciturna ventis.
mecenas
b
Tu ciuitatem quis deceat status
anxius.
Curas. & vrbi sollicitus times
populos illos de quibus superius
p.n. regis persarum.
Quid seres & regnata cyro

y IAM clarus. Propter iminentem ęstum meconatem ad hilaritatem inuitat. Clarus pater habet enĩ cepheus stellas. xix. vt higinus ostendit. Andromedę pater idest cepheus de quo late lib. iiii. metha. Et apud higinum. Columella aũt li. xii. scribit septimo idus iulias cepheum vespere oriri. idibus autem iuliis procyon exoritur mane. Terciodecimo cal. augu. Sol in leonẽ transitum facit Nono autem cal. augu. leonis in pectore clare stella exoritur.

z VESANI leonis. Signum septentrionale est. collocatum enim iuxta cancrum in quo ęstiuum solsticium fit. dicũt idcirco inter astra a ioue collocatum esse leonẽ quod ceteris bestiis excellat. Alii volunt in archadia illũ iussu iunonis nutritum. vt herculem perderet sed ab hercule iussu Eurysthei siluam nemea fuisse cesum.

a TACITVRNA. Quia cum non commoueantur ventis nullũ murmur ędit.

b TV ciuitatem. Ostendit autem meconatem pręfectum vrbis eo tempore fuisse.

c BACTRA. In scythia sunt bactra vrbs que etiam zariaspa appellata est. vt Strabo docet li. xi.

d TANAISQVE Discors. Is fluuius est qui europā ab asia disiungit atq; ambarum fines vtrimq; perlambens in boream versus per sauromatas in scythiam vsq; atq; in meotidis paludem protenditur oritur autem ex indse montibus Auctores sunt Dionisius & Strabo li. xi. discors autem ve quia europam ab asia disiuugit vel propter populorum seditionem.

e PRVDENS futuri. Ostendit deum prudenter futura celasse homines. quā de re illi minime ea curare debent. presentiaq; tantum sumere. Ordo est. prudens premit deus exitum futuri temporis caliginosa nocte & ridet si mortalis trepidat vltra fas.

l LEVIS agileu. Agyla grece via dicitur. Porphirio autem scribit Varronem dicere quod ex responso oraculi in vijs publicis vrbis sue athenienses statutis altaribus sacrificare apollini instituerunt. & agyleum appellauere.

m SPIRITVM phœbus. Ordo est. O primę virginum & pueri orti claris patribus. appositio tutela delię de arcu cohibētis fugaces lyncas. & ceruos &c.

n ARTEM & nomen. Ergo omnia recognoscit ab apolline.

o DELIE tutela. Nam in tutela dianę. idest lune dicūtur pueri pro pter vim vegetatiuam que ita ab illa est. vt sensitiua a sole.

p LESBIVM pedem. Hortatur enim illos cantare suum carmen in apollinis & dianę laudes.

q PROSPERAM frugum. Luna enim nocturno temperamento maturandis frugibus moderatur vt Macrobius edocet. Virg Quantum longis carpent armenta diebus. Exigua tantum gelida se nocte reponit.

r VOLVERE menses. Nam vt ad cursum solis annus ita ad cursum lune mensis instituitur.

s NVPTA iam. idest postquam nupta eris. nam virgines grece & latina carmina & peanas canebāt.

t SECVLO festas &c. de seculari carmine. & ludis secularibus Latius videto post carmen epodon in carmine seculari.

Argumentum odes. VII.

☞ Ac ode veris aduentus describitur. Ostenditur inde nil immortale & perpetuum esse ab exemplo varietatis temporum: ver enim hiemem fugat: ver estatem: estatem autumnus. autumnum iemsque tamen omnia vicissim redeant: homines vero vbi semel occiderint perpetuo iacent in puluerem versi redituri nunquam. Cūque etiam mortalium vita sit incerta & longe breuissima torquatū hortatur ad liberalitatem. nam illa sola heredis manus effugiunt: que amicis donantur. Cū itaque ab inferis reditū sperare nō possit bonis suis nō amplius potietur: amicis ergo donandū donec vixerit. Hoc dicit vsque ad finem



Ode. VII. ad Torquatum de liberalitate.

a DIFFVGERE niues. Non solum describit verum etiā depingit q̄ꝫ volatile sit tempus. & quam momentaneo interuallo fluat.

b MVTAT terra vices. Per rationem temporum dixit etiam ipsam naturam mutari.

c ET decrescentia ripas &c. Preter ripas eunt flumina quod significat ripas suas non excedere sed intra alueum labi.

☞ d IMMORTALIA ne speres. Nil esse perpetuum exemplo varietatis temporum probat.

☞ e FRIGORA mitescūt. Mirum poete ingenium qui cum ver ad voluptatem legentis latius descripserit. nunc velocitate orationis velocissimum temporis cursum ante oculos ponit.

quia aduentu veris fugatur hiems — que hiemali tempore aruerant.

a Diffugere niues redeūt iā gramina cāpis
Arboribusq̄ꝫ come
longiuscule psequitur veris descriptionem
b Mutat terra vices & c decrescentia ripas
inter ripas labuntur
Flumina pretereunt
de gratijs multa videto li. i. ode iiij.
Gratia cū nymphis geminisq̄ꝫ sororib⁹ audꝫ
quia iam frigora exclusa sunt
Ducere nuda choros.
quia alat
d Immortalia ne speres monet ann⁹ & almū
Que rapit hora diem.
p hieme posuit — ij enim veris initium pbent
e Frigora mitescunt zephiris ver pterit ęstas
Interitura simul.
Pomifer autumnus fruges effuderit. ⁊ mox
hiems — ab effectu
Bruma recurrit iners.
restaurāt
f .i. vna cum suis cursibus celerrimis
Damna tamen sceleres reparāt celestia lune.
homines — ad inferos
Nos vbi decidimus
p vbi — g de his late superius
Quo pius eneas. quo tullus diues & ancus
nam corpus in puluerem redit
Puluis & vmbra sumus.

Est enim boni poetę & in rebus ociosis ociari. & in his que raptim gesta sunt precipiti quadā oratione ipsam celeritatem exprimere.

f DAMNA tamē. Sensus est: Quod temporum vicissitudines certo spatio mensium redeunt & reparantur. homines vero vbi semel occiderint nunquā redierint. Ordo autem est. tamē nos vbi decidimus lunę celeres reparant celestia dāna. id est ipsorum temporum vicissitudines.

g TVLLVS diues. Propter amplam victoriam. quam de albanis reportauit nam & poro. ex albanis ciuibus quos in ciuitatem romanam recepit vehementer auxit. de quo Liuius.

h QVIS scit. Vite breuitatem & incertitudinē indicat. nam nemo in hoc orbe nascit qui non assidue videat mortē sibi paratissimā esse. nisi hoc ordinasset ille opifex rerū mūdi melioris origo aut nos in hoc orbe felicitatē nobis omnē propositā existimaremus. aut quantū sensu moueremur tantū saperemus & intelligeremus presentibus intēdentes. & paululū vel preterita vel futura sentientes. vt inquit Cicero. Corruūt ergo que sūt in hoc orbe singula. Nec cuiq3 sue vite certus est dies vnus. Quid quod ea que videntur diutius duratura continuo dilabuntur. Cuncta deflorescunt. & a mane ad vesperum concidunt. atq3 alia vite pars aliam insectatur & pellit infantia. q. lepus pueriaam quasi venatorem effugit pueritiam pellit adolescentia. huic inuidet iuuentus hanc insequitur virilitas. hec a senectute fugatur senectutem predatur decrepitas. in quam fit vt deueniat vita nostra succumbetq3 deniq3 morti.

i CVNCTA ma. Torquatum ad liberalitatem hortatur. Illa enim sola heredis manus effugiunt. que amicis donātur cū q3 ab inferis reditū minime sperare possit bonis suis non amplius potietur ergo amicis donādum donec vixerit.

k CVM semel. Sensus est. Nō aliqua generis nobilitate. nō eloquentia non pietate ab inferis reuocaberis inquit. non aliquorū deorum fauore.

l SPLEDIDA arbitria. Nō dicit cum splendidum ornatūq3 fecerit minos iudicio suo. sed cū de te splendide ac digne iudicauerit minos ita splendida arbitria. ad minois laudem & gloriam pertinet iudicantis non ad eū de quo iudicat Nō torquate genus. idest nobilitas. Nobilitas autem nihil aliud est quam quoddā splendidū decus in recte prospicientium oculos morum facecia & affabilitate refulgens surgēs ex alicuius habitua ta animi voluntate. et opere pro virib9 executioni mādata. spernendi vitia imitandeq3 virtutis quod non aliter posteris hereditario vel legatario. seu quouis iure alio liqui pōt. quā scientia aut ingeniū relinquat. hec non (vt rentur stolidi plurimi) regias inhabitat domos. seu in in diuitiis et splendore vestiū delectatur. Nec ob preteritorum famosas imagines lares successorum incolit: sola quidem mentis puritate letatur et quocūq3 vel vbicūq3 sit:

m NEQVE in tenebris diana liberat appollitū. Fabulose dicit hippollitū ab inferno reuersum Aut nihil ad condicionē mortalitatis ꝓfuisse. quia ab equis suis tractus vite restitutus est dū in eandē fuisset sorte reuersus nec mortē ꝑpetuo potuisset effugere


n NEC valet. & c. Theseus & perithous amici fuerūt. quos dicit coniurata amicitia morti eripi nō posse. nā volētes ꝓserpinā rapere apud inferos remāserunt.

(h) Quis scit an adijciant hodierne crastina vite
Tempora dij superi.
(i) Cuncta manus auidas fugiet heredis amico
Que dederis animo.
(k) Cū semel occideris. & de te splendida (l) minos
Fecerit arbitria
Non torquate genus. nō te facundia. non te
Restituet pietas.
(m) Infernis neq3 enim tenebris diana pudicum
Liberat hippolitum:
(n) Nec lethea valet theseus abrumpere charo
Vincula perithoo.

[Interlinear glosses: "q. d. quis scit an eras victurus sis." — "q. d. illud tuum erit tantum quo du n viuis funerus fueris." — "iudex apud inferos" — "species p genere" — "nobilitas" — "eloquentia." — "potest" — "castum" — "p. n." — "p. n." — "dilecto" — "suo amico"]

Argumentum odes. VIII.

Asserit hic poeta se non pateras non era non tripodas non statuas donaturum. sed carmina tantū quibus sane perpetua maiorq3 laus acquiritur: nam dignū laude virum musa emori vetat. H. d



Ode. VIII. Ad Censorinum.

n DONAREM pateras. Argumētū potest hic esse. nihil esse quod mortales homines magis immortales reddere possit quā carmina. Poetarum enim tantū fuit ingenium vt ab homero fateatur Strabo. vel historicos vel philosophos vel legum latores suarum artiū vsurpasse primordia. Tanta deinceps facta carminis celebritas. vt sine carminib⁹ vel ipsa quidem sacra in templis non sint pretermissa Quod vt instituit apud suos Dauid ille rex deo gratissimus sic & in hodiernum vsq; diem obseruant omnes cristiani.

o TRIPODAS. Trium pedum mensas pulcherrimas. vnde Agamennon inter alia dona achilli miserat ob briseida Tripodas septē pondere & arte pares. Erat autem donū apud grecos egregium.

p PESSIMA. Vilia de carminibus dicit. idest si diuicias haberem. carmina non donarem.

q PARRHASIVS. atheniensis pictor ac primus qui capillos in picturis distingueret. et varios in facis vultus faceret. et modo acrem modo letum pingeret & currentes itavt in cursu sudorem emittere viderētur vide Pli. li. xxxv. c. ix.

r SCOPAS. Fuit is marmorarius optimus certans cū praxitele fecit autē dignissima opa de qbus legito Pli. li. xxxvi. c. v.

ſ HEC vis. vt predicta donare queam.

ſ NEC tibi ānimus taliū & c. Sensus est. nec ego talia largiri possum nec si possem tu ea desiderares vt qui carmina diuitiis omnibus antefers.

vasa argentea
n
Donarem pateras grataq; cōmodis
statuas
Censorine meis era sodalibus
mensas
o ephe.e.gesis.
Donarem tripodas premia fortium
greco.ū optata liptore.
p
Graiorum neq; tu pessima: numerum:
si essem diues .i. rerum arte fabricatarum
Feres diuite me scilicet artium
atheniensis pictor signo.ū.
q hoibus simulgauit sculptor
r
Quas aut parrhasius protulit aut scopas
scopas parrhasius
Hic saxo liquidis ille coloribus
peritus pingere
Solers nunc hominem ponere nunc deū:
pingendi
s t
Sed non hec mihi vis nec tibi talium
Res est: aut animus delitiarum egens
s. tu censorine. nos poete
Gaudes carminibus: carmina possumus
.i. quam preciosum munus sit
t
Donare: & precium dicere muneris
litteris palam potentibus
Non incisa notis marmora publicis
carmina per carmina
v
Per que spiritus & vita redit bonis
x
Post mortem ducibus: non celeres fuge
ducis carthaginensis
Reiecteq; retrorsum hannibalis mine
Non incendia carthaginis impię
scipionem significat
y
Eius qui domita nomen ab africa
quia africanus dictus est. vt saluit. cui postea
africano cognomen ex virtute fuit.
Lucratus rediit: clarius indicant
muse
z
Laudes quam calabre pierides: neq;
si non contineantur chartis vel libris
Si charte sileant quod bene feceris
a b
Mercedem tuleris: quid foret ilię
martis
romulus c
Mauortisq; puer si taciturnitas
Obstaret meritis inuida romuli?

t ET preciū dicere muneris idest dicere carmina esse preciū muneris. ac si diceret preciosum munus aiteni Oui. li. i. de amore. Ergo cū silices cum dens patientis aratri. depereant euo. carmina morte carent. Cedant carminibus reges. regumq; trium phi. Cedat & auriferi ripa beatatagi.

v PER que spiritus & c. Per titulos enim sepulchrorum viuere quodammodo videntur strenuissimi viri. Sensus autem est. quod neq; tituli neq; arcus triūphales tantum valent ad laudes preclarorum virorum. quantū carmina. Ergo scipionis aphricani laudes maxime claruerunt musis calabris. i. versib⁹ Ennii.

x NON celeres fuge. Ostendit benefacta parum esse nisi fuerint carminibus apte reposita. de hanibale multa supen⁹ legito

y EIVS qui domita & c. Scipionem africanū significat. qui africanus dictus est. vt Salu. Cui postea africano cognomē ex virtute fuit.

z QVAM calabrę pierides. Enniū significat. qui facta africani describit. oriundum de rhodino oppido calabrie. ideo calabre musę.

a MERCEDEM tuleris. Sensus est. nisi carminibus tua gesta narrentur laudis mercedem & premium non habueris. Nam carmine fit virtus viuax.

b ILIE puer. De romulo Lanius ode. ii li. i.

c TACITVRNITAS inuida. Nam silētium de rebus magnis videtur inuidere glorie illorum de quibus siletur.

d EREPTVM stigiis. Mira varietate narrationē distiguit. nam cum idem de scipione romulo & ęaco dicat. non tamen eodem modo dicitur varietate ipsa et tedium amoueatur & ornatus orationi augeatur.

e FAVOR vatū potentiū. Nam magna vis est in ipsa perfecta eloquentia. vnde & alexander magnus cū ad Achillis sepulchrum peruenisset. felicem iudicauit qui homerum tantum vatem suarum laudum preconū sortitus esset.

Ereptum stygijs fluctibus ęacum
Virtus & fauor & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis.
Dignum laude virū musa vetat mori
Celo musa beat. sic iouis interest
Optatis epulis impiger hercules
Clarum tyndaride sydus ab infimis
Quassas eripuit ęquoribus rates:
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

f DIGNVM laude. Expolitio est in eo enim persistit vt demōstret carmina poetarum homines immortales reddere Vetat ergo musa mori eum qui dignus laude est.

g CELO musa bea. id est beatum reddit. diis illum inferendo. nam soli poetę herculem & dioscoros & bachum immortales reddiderunt. cum illos ad celum ascendisse. & auxilium hominibus prestitisse scribant.

h CLARVM tyndaride sydus. Ephexegesis qui tyndarida sydus aiunt. sepe autē dictū est stellas castoris ac pollucis nauigantibus spem meliorem ostēdere.

Argumentum odes. IX

Scribit minores non debere a scribendo abhorrere timentes eorum scripta non fore perpetua. Cum doctissimi viri scripserint & laudem maximam fuerint consecuti. Itaq; probat exemplo posteros etiam non deterritos laudem quoq; meruisse: vt pindarum & alios plures post homerū poetarum summū. Pollicetur exinde lollij laudes suis carminibus celebrare quod vbi egit ostendit beato esse non multa possidentem: sed qui deorum muneribus vtitur sapienter: & pauperiem pati nescit timens flagitia magis quam mortem vllam paratus pro charis amicis & patria mori. Hoc dicit.



Ode. IX. Ad Lollium scribendum esse

h NE forte In iis profecto enumerāda est huiuscemodi ode. q artificio summo scripte dici possūt promittit aūt lolliū suis carmibus immortalē redditurum. sed ne videat nimis suo stilo arrogare exēplo aliorum poetarum probat q etsi primus nō sit neq; homero aut pindaro similis. tū ita viuēt sua carmia. vt vixerūt carmia illorū poetarum q nō

Ne forte credas interitura que
Longe sonantem natus ad aufidum
Non ante vulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis

primū locū tenuerūt. ordo est. ne forte credas itéritura verba. quę natus ego aufidū longe sonātē loquor socianda chordis per artes non ante vulgatas.

i AVFIDVM. Flumē apulię. de quo latius supra.

k NON ante vulgatas prim⁹ enim latinorum Horatius lyrica laude digna scripsit.

l CEEQVE. Hoc ait propter simonidem lyricum poetam qui de Cea insula. de qua meminit pli. lib. iiii. vnde & Pindarus.

m MINACES. autem alcei camene dicti sunt. quoniã adeo amarus fuit. vt austeritate carminis sui multos de ciuitate eiiceret.

n TERSICHORI graues. Magne profunde. & ipse belloꝝ poeta scriptor.

o NEC si quid olim lusit. Anacron. Ideo lusit quia iocis & conuiuiis digna cantauit vt carmina qui lusi pastorum & c. Anacron autem satyram scripsit amicus lisandri. alii dicunt quod scripsit circen & penelopen in vno laborantes vnde in li. i. in oda Velox. Dices laborantes in vno penelopen vitreamq; circen.

p AEOLIE puelle. idest saphus lesbie. nam vt supra ostensum est. in eolia regione lesbos est.

q NON sola comptos. Ordo est non sola helene lacena arsit cõptos crines adulteri & aurum illitũ vestibus. mirata & cultus regales & comites. Hic vero carminũ vim ostẽdit. Sẽsus aũt est. quod nõ sola helene que pulcherrima fuit amauit paridem sed alie plures ante eã. At quoniã poete aliqui de illis scripsere nihil latent ac si non fuissent carminum igitur benificio memoria rerum & bene gestorũ laudes perpetue fiunt hinc helene. quia homeri preconio & aliorum vatum cantata est perpetuo celebrat.

r PRIMVSVE teucer. Sẽsus est Quod teucer thelamonius primus optime vsus est sagittis sed multi ante ipsum. attamen ac si non fuissent latent. Teucer vero in hominũ ore versatur homeri preconio.

s CyDONIO arcu. idest cretensi nam cydonia ciuitas vna est e tribus crete eximiis vt scribit Strabo

Non si priores meonius tenet.

Sedes humerus. pindarice latent
(simonidis)

(l) (m)
Ceęq; & alcei minaces
(muse)

(n) Tersichoriq; graues camenę.
(lyricus poeta)

(o) Nec si quid olim lusit anacreon
(recens est)

Deleuit ętas: spirat adhuc amor
(p amoribus)

Viuunt commissi calores:
(lesbie)

(p) Aeolię fidibus puelle.
(amauit paridis)

(q) Non sola comptos arsit adulteri

Crines. & aurum vestibus illitum
(quia priami regis filius fuit)

Mirata regalesq; cultus

Et comites helene lacena
(species pgenere)

(r) Primusue theucer tela (s) cydonio

Direxit arcu: non (t) semel ilios

(v) Vexata: non pugnat ingens
(qui cretensibus imperauit)

Idomeus schelenusue solus
(fortis)

Dicenda musis prelia: non (x) ferox
(filius priami regis) (frater hectoris)

Hector vel acer deiphobus grauis

Excepit ictus pro pudicis
(vxoribus)

Coniugibus puerisq; primus.

(y) Vixere fortes ante agamennona
(quoniam nulla eorum memoria est)

Multi: sed omnes illachrymabiles
(premuntur)

(z) Vrgentur: ignotiq; longa

(a) Nocte. carent quia vate (poeta) (b) sacro

t NON semel ilios. Sensus est. qd' pluries ilios bella vexata fuerat sed quia nulli vates scripsere nulla est memoria nisi quando ab agamẽnone & id propter homerum. Ergo carmine fit viuax virtus.

v NON pugnat. Sẽsus est. quos non solum Idomeus & sthelenus cantanda prelia pugnarũt. sed plures alii tamen perpetuo latent. carẽtes poetarum munere & c.

x NON ferox hector. Sensus est quod non primus hector & deiphobus pro patria pugnarunt. sed multi alii. tamẽ perpetuo latent carentes poetarũ munere quod non euenit hectori & deiphebo. maxime enim ab homero laudantur.

y VIXERE fortes. Sẽsus est. multi ante agamennonem fortes fuerunt. sed nemo lachrimat illos in prelio cęsos quoniam nullus poeta eos descripsit.

z IGNOTI nocte & c. magnã obscuritatẽ nam queadmodũ illustres dicimus eos quorum nomen celebratur sic nocte opprimi eos q sine noie sunt. & fama. et quorum nulla memoria extat.

a CARENT. Ratio quare sint in obliuiõe. quia nõ habuerũt poetãs

b SACRO vate. Ouidius de arte li. iii. ait. adde quod insidie sacris a vatibus absunt. Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos. Est deus in nobis sunt et cõmertia celi Sedibus ethereis spiritus ille venit.

c PAVLVM sepulte. Sēsus est quod virtus nō celebrata carminibus ignauie similis est. ac si nulla fuerit. Sententia aūt vera est quātū ad famā i ceteris aūt falsa.

d NON ego te. Pollicetur iam lolii laudes scribere.

e EST animus tibi. Pollicitus est illū laudaturū. Nunc ostēdit suas laudes per adulatiōnē. sed illum eas mereri propter vtrūq; virtutis genus quod in illo sit. Nam quod sibi sit animus prudens rerum posuit prudentiam vnam ex virtutibus intellectiuis pro ceteris omnibus que sunt in telligentia. scientia. sapientia. prudentia & ars. Ergo laudat eum a philosophia speculatiua quod autem sit rectus in temporibus secundis et dubiis id est aduersis notat in illo philosophiam moralem que maxime cōstat ex iusticia adhibito freno temperātie & stimulo fortitudinis. quam ergo laudem nō meretur ille qui & virtutibus intellectiuis quarum finis est rerum. & moralibus que rectum equumq; proponunt insignitus est.

f ET secundis tēporibus & c. Sensus est. & ita vitam agit vt neq; rebus secundis elatus neq; aduersis factus a recto honesto q; deflectat.

g SED quotiens. Sensus est. Quotiēs inquit iudex bonus es honestum vti preponis vel quotiens bellorum victoriis reipublice consulis totiens cōsulari vteris potestate & virtute tua preditus perpetuus consul efficieris.

h REIECIT. Noluit corrumpi muneribus.

i EXPLICVIT sua victo. q. per medios hostes victor euasit. Nam crudelissimi hostes sunt qui nos in iudicio temptant.

c
Paulum sepulte distat inertie
occultata
d
Celata virtus non: ego te meis
illaudatum
Chartis inornatum silebo.

Totue tuos paciar labores
fuslidas
Impune lolli carpere liuidas
e
Obliuiones: est animus tibi
hoc est philosophie. pspens
f
Rerumq; prudens: & secundis
aduersis
Tmporibus dubijsq; rectus:
liberator
Vindex auare fraudis. & abstinens

Ducentis ad se cuncta pecunie

Consulq; non vnius anni
g fidelis
Sed quotiens bonus atq; fidus
plus dilexit honestatem quam vtilitatem
Iudex honestum pretulit vtili
prudenti noxiorum
h
Reiecit alto dona nocentium
cupiditatum scilicet
Vultu: per obstantes cateruas
consilia suarum virtutem
i
Explicuit sua victor arma.
contra auaros
k
Non possidentem multa vocaueris
l tenet habet
Recte beatum: rectius occupat

Nomen beati. qui deorum
vt sunt diuitie amici et huiusmodi
Muneribus sapienter vti
secure nouit
m
Duramq; callet pauperiem pati
morte delictum
Peiusq; leto flagitium timet.
scilicet
Non ille pro charis amicis
mori
Aut patria timidus perire.

k NON possidentem. Sententia in hoc poeta tritissima. vt nō quia diuites sumus beati possumus dici sed quia diuitiis que munera deorum sunt sapienter vti sciamus & paupertatem pati et mori q; flagitium malimus Ergo qui ita animum instituit pro patria & pro amicis mori non dubitauit.

l BEATVM. Seneca in epistolis beatū appellat animo bono cuncta retinentem. Tullius vero beatum vocat qui bona multa retinens absq; malo degit. Ipse vero horatius alibi inquit neue putes aliū sapiēte bonoq; beatū.

m CALLET pauperiem. Sapiens equo animo fert paupertatem. Stultus vero omnino arcere. et fugare solet pauptatis onus O male cognita plurimis humilis & appetenda paupertas. Tu sola dum nature leges obseruas nocuas solercias subigis. caducos vilipendis honores. discursus hominum varios trāsferationes nauticas. & sudores rides armorum. & dum supernatanea despicis. estiuos soles. nuda facie pateris hyemales brumas sūma pacientia superas. vmbris cōtēta nemorū. Quid queso aliud summa. secum ferunt imperia preter mordaces curas. pauores noxios multorum inuidiam. casus altissimos. & persepe flebiles exitus atq; ignominiosos. auro purpura gēmis & inani quadam gloria tectos. hec inter suscipientium periculo maximo blandus se cupide inferit et laxatas epulis. & leticia mentes venenis suis i ficit facile. quequot flammas. quot excidia. quot occisiones intulerint si troia satis ostendere non potest. Agamennon insuper truncatus ostendat.

Argumentum odes.x

f Cribit ligurinũ quandoq; fore vt poeniteat sue superbię. Idq; agebat vt sibi moriger esset. H.d.



m O CRVDELIS. Ita se philosophum profitetur poeta. vt tamen se poetam esse non sit oblitus. Ergo inseriis & grauibus rebus tristiciam hilaritate adimit. Et quamuis res lasciua sit. tamen hoc inde percipit. neque momẽtanea sunt diuturna speremus. ordo est o crudelis & adhuc potens & c.

n INSPERATA. putas enĩ semper habere adolescentiã. sed veluti Ouidius. Naso inquit. forma bonum fragile est quantumcumq; accedit ad annos fit minor & spatio carpit ipsa suo.

Ode x. Ad Ligurinum

m grata forma

O Crudel' adhuc ꝛ veneris munerib⁹ potẽs

n lanugo ꝛ pili ipsi.

Insperata tuę cum veniet pluma supbię

o

Et q̃ nũc humeris inuolitat deciderint comę

sanguinei coloris pulchrior

Nunc & q color est, punicęę flore prior rosę

hirsutam

Mutatus ligurinũ in faciem verterit hispidã

p

Dices heu quotiẽs te in speculo videris alterũ

voluntas

Que mens est hodie cur eadẽ puero non fuit

voluntatibus obsequendi aliis

Vel cur his animis ĩcolumes ñ redeũt genę.

o DECIDERINT comę. nã teste Acrone vsq; ad pubertatẽ pueris comę nutriri cõsueuerũt.

p DICES heu quotiẽs. Mutationem formę per etatem aspectam dolebis in speculo.

P ii

Argumentum odes. xi.

h Ac ode phyllida inuocat. vt secũ mecoenatis natale celebrare velit. nec speret telephum amplecti posse. ille nãq; a ditiore puella tenetur. ita horatiũ ipm eius. amatorẽ poti⁹ adire debet. Hoc dicit



q EST mihi nouum. Ad phillidam scribit amicam suam inuitans eam sub promissione vini albani veteris ad leticiam cōuiuii exhibēdi natali mecœnatis
a

ALBANI laus est a patria. Elocutio autē est albani cadus vt vina bonus que deinde cadis onerarat acestes.

s APIVM. Superius ostensū est fugare ebrietatem. que bacho consecrata est.

t VERBENIS. Verbene sunt omnes herbe frondesc festę ad aras coronādas dicte. q. herbene

v CVNCTA festinat manus Ad multitudinem ministrorū refertur.

Ode. xi. Ad Phyllida.

q horatio
Est mihi nouū superantis annum
r
Plenus albani cadus: est in horreo
s
Phylli nectendis apium coronis
que bacho consecrata est
Est hedere vis.
viridio: apparet
Multa: qua crines religata fulges
splendes religiosis.
Ridet argento domus. ara castis
de quibus superius .i. cupit
t
Victa verbenis auet immolato
paragoge
Spargier agno.
multitudo ministrorum
v
Cuncta festinat manus: huc & illuc
Cursitant mixte. pueris puelle
nigrum x
Sordidum flammę trepidant rotantes
Vertice fumū.
y
Vt tamen noris: quibus aduoceris
celebrande
Gaudijs: idus tibi sunt agende
quia in mari ipsa orta est
z
Qui dies mensem veneris marinę
a diuidit.
Findit aprilem.

x FLAMME rotātes. Fumū nam in gyrum inuoluunt & inuoluētes extollunt ipsum fumū.

y VT tamen. q. d. non temere est quod tantus sit apparatus cū inseruiet natali tanti viri.

z MARINE veneris mēsem de aprili multa Macrobius li. i. sat. inter que ait. verrium flaccū. assererein aprili constitutum vt matronę veneri sacrum facerent multa item Varro & naso libro iiii. fast.

a FINDIT aprilem. Idus enī vocamus diem qui diuidit mēsem iduare namq; hetrusca lingua diuidere est. vn̄ vidua quasi valde vidua idest valde diuisa aut vidua. idest a viro diuisa. vt autem idus omnes ioui. ita kalēdas omnes iunoni tributas confirmant vt scribit Macrobius libro. i. sat.

b THELEPHVM quē. erat is quē phyllis amabat. horatius cum cum ditiore puella esse dicit vt eam ad se facilius alliciat.

c DIVES. Que dare multa possit. vel saltē ab eo nihil petat.

d LASCIVA. Que multum illum oblectare possit.

e TERRET ambustus. Ne quid auide & supra conditionem nostram appetere conemur phetontis & Bellorophontis proponit exempla. Quamuis autem hec oda Amatorie sit conscripta tamen latenter carpit ambitionem & immoderatam concupiscentiam sicut ergo qui ex parte vna coronas regias huius enumeret fulgores et gloriam. & leta. inicia superaddat. & altera non dicam ignominiosas suorum cedes. tā suo iussu q̄ hostium potētia factas sed solum exitum eius apponat. & iusto liberet iudicio. vtrū caligini claritas. aut claritate caligo cedat. mea ni fallor sententia longe plus claritatis nim⁹ obfuscasset caliginis. Quid ergo miseri. quid ceci ad excelsa tanto cupidius aspiramus impetu. quid ade

horatio

Iure solennis mihi sanctiorq;

Pene natali proprio. quod ex hac

die crescentes

Luce mecoenas meus affluentes

disposuit toto anno faciendo.

Ordinat annos.

p.n. iuuenis b amas

Telephum quem tu petis occupauit

fortune et conditionis

Non tue sortis iuuenem puella

c d telephum

Diues & lasciua, tenetq; grata

amoris vinculo.

Compede vinctum.

e ingentes et illicitas

Terret ambustus phaeton auaras

alatus

Spes: & exemplum graue prebet ales

grauiter ferens

Pegasus terrenum equitem grauatus

p.n. de quo superius li.i.

g

Bellorophontem

possibilia suadet poeta appetere.

Semper vt te digna sequare & vltra

Quam licet sperare nefas putando

telephum

h

Disparem vites: age iam meorum

i

Finis amorum:

.s. nullam post hanc amabo

Non enim post hac alia calebo

k

is esse inquit carmina et lyre sonos quos suaui voce cantes. ne rustica videaris.

Foemina: condisce modos amanda

nostre

Voce quos reddas: minuentur atre

nam tuc voluptas admittitur si cura pellatur.

Carmine cure.

ptis supbimus. quid casuris confidimus. postq; etiā facili nebula fulgores eximios obfuscari dei leriq; discernimus. Reprimēdus est igitur maiorum exemplo admoniti insaciabilis appetitus. et virtute acerrima cohercendus. vt dum minimis cōtenti sumus humilitate. veram gloriam mereamur consequi.

f PHAETON. Hic enim cum currum paternum regendum suscepisset essetq; id negotium supra vires suas periit.

g BELLOROPHONTEM Nam ait Acron quod bellorophon ausus equitare per aera pegasum alarum equum decidit.

h DISPAREM. tibi. non enī amori tuo respondet vti ego.

i FINIS amorum Constituerat enim poeta post hanc nullam ardere.

k ATRE cure. quas scilicet ex thelepho concipis.

Argumentum odes. XII.

Irgilio scribens Veris tempora explicat: inde illum ad conuiuia exhortatur dicens, Dulce esse quandoq; desipere loco & tempore: Hoc dicit.



Ode.XII. Ad Virgilium De Vere.

tranquillam reddunt

l IAm veris comites que mare temperãt
venti illi ornithie septentrionales
m Impellunt anime lintea thratię:
veris tempore
n Iam nec prata rigent nec fluuiȷ̄ strepunt
hiemali.
Hiberna niue turgidi
o Nidum ponit ithym flebiliter gemens
in domo enim cecropię. hoc scelus factum est
Infœlix auis & cecropie domus
q. efferatas
p Eternum opprobrium: quod male barbaras
Regum est vltra libidines
canunt — nuper nato
Dicunt in tenero gramine pinguium
pastores — in honorem ponas
Custodes ouium carmina fistula.
vmbrosi
Delectantq; deum cui pecus & nigri
q Colles arcadie placent
estatem
Adduxere sitim tempora virgili
bibere vinum
r Sed pressum calibus ducere librum
cupis — hic p domestico & amico
Si gestis iuuenum nobilium cliens
nardino vnguento — q.d. si vngenta dabis vinum accipies calenum
ſ Nardo vina merebere

l IAM veris comites. Vir. alloquitur iterum autem veris tempus describit.

m TGRACIE anime. x. enim kal. Martii venti septentrionales qui vocantur Ornithie per dies xxx. esse solent. tum & hirundo aduenit ita Columella li. xii. c. ii. scribit. de iis igitur ventis poeta intelligit nam ipse quoq; de hirũdine meminit. Vsitatum autem poetis est animas flatus ventorum dicere. dum ad graue vocabulum referunt animas. Virgil. Quantum ignes animęq; valẽt.

n IAM nec prata. Ipso enim tẽpore & hiems clauditur & veris amœnitas aperitur quo fauonius cepeit flare.

o NIDVM ponit ithym. prognem ac per hoc hirundinem significat que progne fuit pandionis atheniensis regis filia & Therei coniunx quem cum maritus sororem suam philomenam per vim constuprasset & deinde ne rem proferret linguam sibi abscidisset. Ithim filium communem interemit atq; patri epulandum posuit ipsa ergo in arundinem maritus in upupã filius in phasianum auem. philomena in luscіniam mutati sunt.

p ETERNVM opprobrium quia contra atheniensium mores immanem crudelitatem exercuit filiũ insontem interimens.

q COLLES archadię. Ibi enĩ precipue colitur. Virgi. Pan deus archadię mecum si iudice certet.

r CALIBVS. Campanie populis. vbi calenum vinum optimum.

ſ NARDO vina. Sensus est: quod afferendo secũ Nardi paruum onichem. idest vasculum lucrabitur optima vina.

t ONIX. Lapis in arabicis montibus & germania nascitur. potoriis valis inde factis primum deinde pedibus lectorum sellisq3 Eo vrcei & amphore magnitudine vsi sunt. hunc aliqui lapidē alabastriten vocant quē cauant ad vasa vngentaria quoniā optime ea in corrupta seruare dicit̄ hec & plura pli. li. xxxvi. c. viii.

v QVI nunc sulpiciis. Sulpicia horrea dicebantur vbi nunc galbę illic ordeum condi consueuerat.

x SPES donare. Optimo enimuero spes redit & leticia.

y AD quē si properas. idest pocula non dabuntur tibi nisi et tu adinuicem mercede ampullam detuleris vngenti.

z NON ego te meis & c. vt gratis pascam sicut diuites consueuerunt diuites enim & opti-

Nardi paruus onix eliciet cadu
pocillis vinariis posuit

Qui nunc sulpicijs acubat horreis
ad donandum liberat amaritudines

Spes donare nouas largus amaraq3
magnas expellere potens qui largitate sua curas expellit

Curarum eluere efficax

At quę si properas. gaudia cum tua
cum onyche nardi

Velox merce veni. non ego te meis
sine aliquo crimine inebriare

Immunem meditor tinguere poculis

Plena diues vt in domo

Verum pone moras & studium lucri
funeralium

Nigrorumq3 memor dum licet ignium
prudentie

Misce stulticiam consilijs breuem
iucundum est aliquando a seueritate discedere

Dulce est desipere in loco.

ma vina & vngenta conuiuiis prestant.

a STVDIVM lucri. idest auariciam. Auaricia autem est latentium indagatrix lucrorū quod sponte latebat cupiditate querendi ardens coram eduxit. hec quidem perfodere montes. terebrare telluris viscera. profundū maris vncis piscatoriis exarare docuit. alpium scopulos strauit. siluasq3 aperuit naues in alienum litius euadere. fallere grises. saphire serpentes. fraudes nectere mēiri fallas signare tabellas ostendit. In violentias mortales arma uit attonita idest venena composuit. & proditionem etiam amauit. Auari autem mordaci cura torquent̄ ne rodantur a tinea deuorent̄ ab igne. surripiāt̄ a fure a furore publico seu a predonib9 rapiantur inuidiam multiplicē in se excitant. insidias patiunt̄.

b MISCE breuem stulticiam nam prudentis est in loco desipere modo breuiter fiat. Non ergo est stulticia sed videtur.

Argumentum odes. XIII.

l Icen arguit meretricem. que iam anus amari optabat ac iuuenis. Hoc dicit.



Ode XIII. Ad Lycen.

b AVDIVERE lyce. Mordacissime inuehitur in mulierē que hactenus quia pulchra esset & iuuenis superbissime erga amātes se gerebat. Vtitur autem ita ra-

p. n. meretricis ad quam scribit

Audiuere lyce dij mea vota: dij
q̄ votis a te ῦ petieram

Audiuere lyce fis anus & tamen
pulchra

Vis formosa videri
q̄ iunioribus conceditur.

Ludisq3 & bibis impudens

tione vt magis suū effectum exprimat. De superbia huius meretricis conquestus est etiam poeta in tertio libro cuius initiū est. extremū thanaim si biberes lyce

nam ex senectute vox intermiscit

amorem

Et cantu tremulo pota cupidinem

tardum cupido

c d

Lentum sollicitas. ille virentis

canere vnde psalmus.

Docta psallere chie

vigilat oculis

Pulchris excubat in genis:

s. niti quia ab illo contemnens e

Importunus enim transuolat aridas

anus nigri

Quercus: & refugit te quia luridi

lycen frontis

f

Dentes: te quia ruge

fedant pcanicie

Turpant. & capitis niues.

g vestes preciose

Nec coe referunt iam tibi purpure

iuuentutem

Nec clari lapides tempora que semel

Notis condita fastis,

sepeliuit

Inclusit volucris dies:

h venustas

Quo fugit venus heu: q ve color decens

agilitas corporis i. tuo iuuentute tue veneris z gratie

Quo motus: quid habes illius illius

Que spirabat amores:

p subripuerat

Que me surpuerat mihi

k pulchra post primā etatem.

Foelix post cynaram: notaq; & artium

q. multo z artificioso tanquam immatura periit

cultu exornata l m

Gratarumq; facies. sed cynare breues

Annos fata dederunt

Seruatura diu parem

cornix enim diu dicitur viuere cui lycen

comparat ppter longinquitatem vite

Cornicis vetule temporibus lycen

amore calentis

Possent vt iuuenes visere feruidi

Multo non sine risu

lycen intelligit

n

Delapsam in cineres facem.

c LENTVM sollicitas. Quia amor tardus est atq; piger in vetulas.

d ILLE virentis. Multum decoram vult chiam mulierem videri vel quod virenti etate sit & docta saltare. vel quod genis .i. facie pulchra sit. & ideo cupidinē excubare in genis eius induxit.

e ARIDAS quercus Quasi per irrisionem quercū voluit anum mulierem intelligi. quas amor dum festinat ad iuuenes necesse est transuolare.

f QVIA te ruge. Vt frontem abscenam rugit arat.

g NEC coe referunt. Coe preciose a loco in hac eni insula melior purpura tingitur nec clari lapides. Significat autem nec vestimentorum cultu, nec gemmarū preciis ad pulchritudinem reuerti annis iam et etate consumptā.

h QVO fugit venus. Amoris cuius ab ea fugam ideo se simulat dolere vt ei merorem incitet maiorem.

i QVID habes illius .s. lyces que olim puella fuit. q. d. nihil omnino. quia tota inmutata alia videris ab illa lyce que i me amores spirabat.

k FELIX. pulchra. Eadem ratione qua beatum diuitem dicimus. Nam mulieres in pulchritudine summum bonū ponunt vel fortunata in amore. quoniā ad nutum omnia succedebant.

l FACIES. Multarum artiū. Quasi multo & artificioso cultu exornata. q. cui plus fuco quā natiuus decor conferret.

m SED fata & c. Sēsus est Fata seruatura lycen parem temporibus cornicis dederunt breues annos cynare. Cornicem vero aiunt phisici centesimum annum excedere. sed ne sibi applaudat lyce ex diurna etate. addit ea causa a fatis illam seruatam vt iuuenes qui fasce illius ardebāt videant ipsam facem penitus exustam.

n FACEM. idest lycen ipsam olim iuuenem & splendentē vt fax est nunc vero anum & extinctam. i. sine splendore aliquo.

Argumentum odes. XIIII

OStendit non a senatu, non a populo vnq; augusto pro meritis posse honores plene reddi: ipso enim auctore ipso inquam prebente copias & consilium suosq; diuos Geloni Brenni Alpini. Cantabri Medi Indi Scythe Aegiptus Britanni Gallia Iberia Sycambri, Romano iperio parebāt. h. d.



Ode.xiiii. Augustum celebrat.

a QVE cura. Ordo est. O Auguste que cura patrū queue quiritūm plenis muneribus honorū per titulos memoresq; fastos in euum eternet virtutes tuas. diuersi ute argumenti et stili a superiore oda que amatorias nugas contineret est hec. que grauiore charactere laudes augusti cōtinet. cum ostendat quam anxia vniuersa ciuitas.

b PER titulos eternet. Qui ad commemorationem honorum vel rerum gestarum inuenti sūt ipsi enim fasti dicuntur indices virtutis. siue in quibus memoria temporum continetur. Eternet autem dixit. idest eternas reddat tuas virtutes. Sententia est. virtutes suas esse maximas. sed opus esse ea munera in illum cōferreque illarum memoriā eternam conseruent.

c O MAXIME principum. omnium qui vbiq; sunt. nā homines alibi esse nō possunt quā in locis habitabilibus.

quanta senatorum populi ro.
a sollicitudo
Qve cura patrum que ve quiritium.
s. possit honorare.
Plenis honorum muneribus
Auguste virtutes in euum
b gestorū .i. qui ad memoriam reducunt
Per titulos memoresq; fastos
eternas reddet
c.
Aeternet. o qua sol habitabiles
regiones
Illustrat oras maxime principum
drusum.
d
Quem legis expertes latine
populi illi
Vindelici didicere nuper
in re militari e
Quid marte posses. milite nam tuo
populi de quibus superius
Drusus gelonos implacidum genus
f
Brennosq; veloces & arces
Alpibus impositas tremendis
prostrauit ostendit duplici clade affectos hostes
Deiecit acer plus vice simplici
drusus maior ex filijs neronis
g atrox bellum
Maior neronum mox graue prelium
feroces
Commisit immanesq; rethos
q. d. tuis auspicijs
Auspicijs pepulit secundis
famosus terribilis bellator
Spectandus in certamine martio

d QVEM didicere. Trita elocutio vt dicamus quem vindelici didicere quid possis vt si dicamus noui te quid feceris.

e MILITE nam tuo. ordo est Drusus acer nō simplici vice deiecit gelonos. Nō sic hec dicit. q. ab augusto cesare debellati sint. sed quod drusus exercitibus auspicijsq; augusti eos debellauerit

f BRENNOSq;. ii sunt alpini populi teste Pli. libro. iii. & lucio floro.

g MAIOR neronum. Tyberius post drusi mortem rheticū vindelicūq; bellū gessit. inde pānonicū inde germanicū rhetico atq; videlico gētes alpinas pānonico brēnos et dalmatas subegit Auctor est Tranquillus Strabo etiam li. vii. scribit Tiberium naualibus pugnis vindelicos inuasisse. Eusebius item scribit. quod tyberius vindelicos & eos qui thraciarum cōfines erant romanas prouincias fecit.

h DEVOTA pectora. s.rhe-
torum & vindelicorum. qui vt
liberi essent morti se exponebāt.

☞ i INDOMITAS prope.
ordo est. Impiger hostium vexa
re turmas et mittere frementum
equum medios per ignes. qua-
lis auster choro pliadum scindē
te nubes exercet vndas prope in
domitas. Sēsus Talem stragem
edidit in hostibus qualis est in
mari. quando auster in ortu ple
iadum seuit. pleiades enim ortū
tempestuosum habent.

k PLIADVM choro. Sunt
pliades in cauda tauri septē stelle
quas appellauere virgilias vt scri
bit Pli. & Gellius li. xii. Vtq; hi-
ginus ait. Existimantur chorēā
ducere stellis.

l SCINDENTEM nubes.
Ita pugnantem drusum scindis-
se dicit hostium turmas vt ven-
tus nubes vndasq; consueuit.

m PER medios ignes. in me-
dium pugne furorem.

n TAVRIFORMIS aufidus
Habēs tauri formam fluuii enī
cum cornibus pingūtur. & pro
pter aquarum murmur ac im-
petum. & propter retortas ripas
vide etiam. li. iii. ode vltima.

o DILVVIEM meditaē agris
Inundationē fluminis viro for-
ti comparat pro drusi laude.

☞ p PRIMOS & extremos
metendo. Sic Vir. proxima que-
q; metit gladio.

q TE copias te consilium & c.
hoc ideo dicitur quia auspiciis
cęsaris hec egisse dicitur. nam ti-
bi quo die ita euenit vt post an-

s. rhetorū et vindelicorum
h
Deuota mori pectora libere
cedibus
Quantis fatigaret ruinis:
i
Indomitas prope qualis vndas
k quia plures iuuāt
Exercet auster pleiadum choro
l
Scindente nubes impiger hostium
irritare acies
Vexare turmas & frementem
irrumpendo in hostium cuneos
m
Mittere equum medios per ignes.
comparatio p. a. fluuii
n
Sic tauriformis voluitur aufidus
aufidus
Qui regni dauni pfluit appuli
Cum sęuit. horrendamq; cultis
o inundatiōem
Diluuiem minitatur agris
sicut exercitus
Vt barbarorum claudius agmina
magno
Ferrata fasto diruit impetu:
p a prima acie ad vltimam
Primosq; & extremos metendo
rare suorum militum
Strauit humi sine clade victor.
ostendit ideirco laudē ad octauianū pringere. quoqiā. dequiq a tra so gestū est. id omne militibꝫ cōsiliis & fortuna & diuinitate augusti gestum ē. q
Te copias: te consilium & tuos
augusto
Prebente diuos: nam tibi quo die
p alexandria
Portus alexandrea supplex
sine domino. nam. m. antonius iam extinctus erat.
Et vacuam patefecit aulam:
xv. enim anni interfuerunt a victoria alexandrina ad hunc diem
Fortuna lustro prospera tertio
prosperos
Belli secundos reddidit exitus
r
Laudemq; & optatum peractis
s. diuinos honores attribuit
Imperiis decus arrogauit.
de quibus supra .i. non ante cesarem victus
Te cantaber non antę domabilis
de medis supra. qa sine certis sedibus
s t
Medusq; & indus: te profugus scythes
augustum dicit
Miratur: o tutela presens
Italię domineq; romę
v
Te fontium qui celat origines

nos. xv. drusus eo die rhetos vin
delicos vinceret. qua die augu-
stus alexandream vicerat.

r OPTATVM decus. scribit
florus. quod augustus ob ingē
tia facta dictator perpetuus &
pater patrie dictus est. Tracta-
tum etiam in senatu. an quia cō
didisset imperium romulus vo
caretur. Sed sanctus & reueren-
tius visum est nomen Augusti.
tantundem coleret terras ipso no
mine & titulo consecraretur. pre
terea scribit Suetonius cum Au
gustum senatus cum po. ro. cō-
salutauit patrem patrie. respon-
dit Augustus lachrimās his ver
bis. ipse sicut messale opposuit
compos factus votorum meo-
rum patres cōscripti quid aliud
habeo deos immortales precari
quā vt hunc consensum vestrū
ad vltimum vite finem perferre
liceat. per hec igitur verba ego in
telligo optatū decus cognomen
patris patrie.

s INDVS. Scribit Eusebius.
quod indi ab augusto per lega-
tos amiciciam postularunt. stra
bo autem li. xv. sic ait his ea ad-
di possunt que a nicolao dama-
sceno dicuntur refert enim antio
chie. que apud daphnem est. in-
dorum legatos vidisse ait. ceteri
longitudine via magna ex parte
perierāt addit etiam epistolam
grecam fuisse in membrana scri
ptam. in qua significaretur po-
rum esse qui scriberet. & cū sex
centis regibus imperaret cęsaris
tamen amiciciam multi facere. et
paratum se quocumq; voluerit
aditum exhibere et in quibuscū-
q; rectum fuerit opitulari. hec di
cit in epistola contineri.

t TE profugus scythes. Parthi
de quibus latius supra scytharū
exules dicti sunt.

v TE fontium. ordo est. Nilus
qui celat origines suorum fon-
tium. id est de cuius origine ne-
mo nouit.

x NILVS In certis oritur fōtibus secūdum quosdam immenso longitudinis spatio ambulans. demum in locis & latēs & exiens aphricam ab ethiopia diuidens medios ethiopes secat longo postea interuallo in egyptū mare se euomit hec et plura pli.li.v.ca.x.
y ISTER. vt Strabo ait li.ix. orit ab extremis germanie partibus superiores aūt fluminis partes in fontes versus vsq ad precipites eius cursus. quas catariatas nomināt danubium vocātque maxime per dacorū agrū delabunt. alias vero inferiores vsq in pontū per getas istrū vocitant
z RAPIDVS tigris. Oritur tigris in regione armenie maioris fonte conspicuo in planicie. a celeritate aūt tigris dicitur. ita enī appellant medi sagittā. Auctor Pli.lib.vi.
a BELVOSVS oceanus. In eo enim varie sunt belue de quo vide Plinium.
b BRITANNIS. Augusti tēpore vniuersa fere britannie insula romanis propria familiaris q habita vt docet Strabo li.iiii.
c GALLIE. De gallia et iberia multis in locis superius dictū est
d SyCAMBRI. augustus germanos vltra albim submouisse dicitur ex quibus sueuos & sycambros dedentes se traduxit in galliā. atq ꝓximis rheno agris collocauit vt Tranquillus ait.

Nilusq & hister: te rapidus tygris
Te beluosus qui remotis
Obstrepit oceanus brittannis.
Te non pauentis funera gallie.
Dureq tellus audit iberie
Te cede gaudentes sycambri
Compositis venerantur armis.

Argumentum odes. xV

AVgusti cesaris laudes hec ode continet vti & precedens. ille enim a parthis crasso ablata signa resumpsit. Iamq etiam templum omni bellorum remoto furore clausit. Hoc dicit.



Ode. xV. Augustum celebrat.

d PHEBVS Excusat tenuitatē ingenii que magnitudini rerū gestarū ab octauiano par esse non possit Ait q cū pararet illa describere a phoebo ꝓhibitū eē. est aūt tale figmentū quale vir. quoq in bucolicis adhibet. ait eni cū cane rē reges & prelia cinthius aures vellit. & admonuit pastorē tytire pingues pascere oportet oues deductum dicere carmen.
Ordo est phoebus icrepuit me lyra volētē loq ꝑlia et victa vrbes
e PARVA ve. p Allegoriā significat magnā materiā nō sufficienti ingenio et humili genere carminis non debere committi.
f TyRRHENVM per. Methaphora. intelligit aūt maxima cesaris Augusti gesta.
g TVA cesar etas. Augustum laudat a pace qua sane bona cūcta ꝓuenīūt vt fruges & similia.
h SIGNA nostro restituit ioui. Que interfecto crasso cū exercitu Augustus a parthis susceperat. de his videto in fine odes ii. libro .i.

PHoebus volentem prelia me loqui
Victas & vrbes increpuit
Ne parua tyrrhenum per equor
Vela darem: tua cesar etas
Fruges & agris retulit vberes
Et signa nostro restituit ioui
Direpta parthorum superbis

i ET vacuum duellis ianum Significat omnia pacata sub cesare teplo iani clauso quod belli tempore semper patere cosueuit Vnde ad significationem future pacis apud Vir. claudentur belli portę.

k ET ordinem rectū &c. Augustus enim vt supra ostensum est conuersus ad pacem primū in omnia mala & luxuriam fluens seculum grauibus seueris q; legibus cohercuit. Ordo autem iniecit frena licentie ordinem rectum euagienti.

l VETERES artes. Quattuor virtutes intelligit. prudentiam. Iusticiam. Temperantiam. fortitudinem. Laudat ergo augustū quod vigilātissimus pro gubernanda repub. fuerit. et custos populi sit (quod sanctissimū est magis diligi quā timeri) meminisse quippe presidētes debent nō esse populos seruos sed conseruos: Nam vti ex sudore populorū regis fulget honor. sic & vigilantia regis populorum salus & requies procuranda est. qualiter hoc faciūt principes hodierni viderit deus. In tirānidem versi sūt regū mores & despecta in potētia subditorū auro gēmis q; splēdore volūt lōgo seruiētiū ordie circūdari. pallacia in excelsū erigere. grege pellicū. & histrionū deformi sodalitio oblectari. obscenitatibus aures complere. cōuiuia in longissimam noctem deducere ebrietatibus & ignominiosis libidinib⁹ vacare dies in somnes profundissimos perdere. populos in suam salutem vigiles permanere. & bella non iure sed iniuria sumere magnificum arbitrātes. consilia proborum respuere. sibi tantum credere bonos deprimere. improbos extollere. ciuitates vectigalibus onerare. ciues torquere. in exiliū agere trucidari & luti more calce calcare.

m AD ortū solis &c. Vt imperiū oceano famā qui terminet astris ab oriente ad occasū imperium significat peruenisse romanum vt et qua sol inter vtrū q; recurrens respicit oceanum.

n CVStode rerū &c. Summa laus in principe. vt nō putet ob suum commodū illi datum imperium. sed vt sit optimus cu

bellis
i
Postibus: & vacuum duellis
.i. pacem vbiq; fecit
k
Ianum quirini clausit & ordinem
.i. leges quibus more rege rentur
Rectum: & vaganti frena licentię
remouit. eicit
Iniecit. amouitq; culpas
virtutes
l
Et veteres reuocauit artes.
artes
Per quas latinum nomen. & italie
.p imperij
Creuere vires famaq; & imperi
significat ab oriente ad occasum. imperiū ro. peruenisse m
Porrecta maiestas ad ortus
.i. occasu
Solis ab hesperio cubili
n augusto o
Custode rerum cesare non furor
violentiam pacem
Ciuilis aut vis eximet ocium
.i. cudendo extendit
Non ira que pcudit enses
tanq; bellum facientes
p
Et miseras inimicat vrbes
Non qui profundum danubium bibunt
q populi
Edicta rumpent iulia. non getę
pretiosi
r
Non seres infidiq; perse
scythas significat
Non tanaim prope flumen orti
diebus festis
s t
Nosq; & profestis lucibus & sacris
leticiam tribentis bachi.
Inter iocosi munere liberi
Cum prole matronisq; nostris
inuocantes
Rite deos prius apprecati
duces inquit optimos parentū pietate venerantur quos augustus
v
Virtute functos more patrum duces
x
Lydis remixto carmine tibijs
Troiamq; & anchisen & almę
iulium gentem
Progeniem veneris canemus.

QV. Horatij Flacci Liber
Quarti Carminum Finis.

stos & veluti pastor pabuli. vnde Ianni dixere regē a regendo. non aūt dominos vt nūc corrupti mores appellant.

o NON furor ciuilis. Ita enim administrabit populum vt nulla belli speties ocium, idest pacē perturbet.

p INIMICAT vrbes. Noue & preter consuetudinem. Nam inimicari tibi & non inimico te dicimus.

q EDICTA rumpent iulia. Nullis gētibus dicit leges augusti contemni in iuliam enim gentem fuerat adoptatus augustus.
r INVIDIQVE persę. Crassum enim securum de pace persuaserant.

s NOSQVE &c. Ostendit se die quoq; diis sacrificaturū cantaturumq; strenuos duces & veneris progeniem. vnde iulia gēs ortum habuit. Nā ex venere ortus est ęneas. ide ascanius. a quo iulus. cui regni loco apud albā sacra est potestas attributa atq; honor cuius familia fuit maxima atq; clarissima omniū. Auctor est Dionisius li. i. Ex eadem familia iulius cęsar est. vnde Maro ait Iulius a magno demissū nomen iulo. quod non de ascanio intelligendū est. sed de iulo ascanii filio q magnus fuit quātum ad sacram potestatē & honorem vt ostendimus.

t PROFESTIS lucibus Profestum diem dicebant qui festus non erat. vt pompeius ait.

v MORE patrū. Valerius li. ii. sic ait maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehēsa pangebant. quo ad ea imitanda iuuenem alacriorem redderent. Cicero item li. i. tusc. scribit esse in catonis originib⁹ solitos esse in epulis canere cōuiuas ad tibicinem de clarorum hominū virtutibus.

